Epiſcopo miſſo *anno* 1580. *die* 6. *Octob.* & de ejuſdem man-
dato Capitulo Terulen. intimato *die* 21. *Octobr. anno* 1584.
Notario Joanne Vicente. Ab eodem Sanctiſſimo aliam
concordiam circa Adiunctos obtinuit prudentiſſimus D.D.
Joannes Moriz de Salazar tunc Epiſcopus Barbaſtrenſis *de
qua infra qu.*25.

S V M M A R I V M.

Canonici ſæculares, & regulares parificantur in multis, num. 1. 2. 3. 4. 5. 8.
*Canonici regulares proprium habebant, num.*6.
Epiſcopo & Canonicis regularibus bona erant communia, num. 7.
Canonici regulares cenſentur minores Cathedralibus, maiores tamen Collegiatis, num. 9.
*Canonicus regularis ideſt bis, num.*10.
Canonicus regularis vulgaris eſt appellatio, num. 11.
Abbas maior eſt Epiſcopo in punitione regularis, num. 12. 20. 28. & 29.
*Canonicorum regularium laudes, num.*13.
B. Petrus de Arbues laudatur, num. 14.
*Canonici regularis veniunt in prohibitivis appellatione Monachorum, num.*15. & 31.
*In uno gravatus in alio debet relevari, num.*16.
*Exemptio regularium quomodo procedat, num.*17.
Epiſcopus eſt loco Abbatis in Eccleſiis regularibus, num. 18. *tam in Collegiatis quàm in Cathedralibus Eccleſiis, num.* 19.
Regularium obedien. eſt omnimoda ſic & ſuperioritas, num. 21. & 22.
Exemptio Canonicorum regularium glorioſiſſimæ Virginis del Pilar, num. 23.
*Adiuncti in Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.*24.
*Beneficiati Eccleſiæ Sanctæ Mariæ del Pilar an comprehendantur in Canonicorum exemptione, num.*25.
Canonici regulares & ſæculares differunt, num. 26.
Canonicorum ſubiectio filialis non ſervilis, num. 27.
*Epiſcopus contra Canonicos regulares & exemptos quando procedat, num.*30.
*Canonici novitii an admitti poſſint de gratia ad electionem activam, num.*32.
Intellectus cap. ex eo 32. §. 1. *de election. in* 6. *num.* 33. & 36.
Vox in Capitulo computatur inter fructus Canonicales, num. 34.
Electionibus interſunt hi quibus de iure non competit intereſſe propter admiſſionem, num. 25. *propter eligentium parvum numerum, num.* 37.
Canonici novitii expertes ſunt electionis paſſivæ, num. 38.
Nullum non inducitur ex lege pure prohibenti, num. 39.
Prohibita fieri facta tenent, num. 40.
*Novitii gaudent privilegiis religionum, num.*41.

QUÆSTIO DUODECIMA.

An de jure competat Epiſcopo juriſdictio omnimoda & independens à Capitulo, vel nominandis ab illo contra Canonicos regulares?

Videtur talem iuriſdictionem Epiſcopis non competere
de iure, nam contra Canonicos non competit ſæcula-
1 res, ut probavimus *ſupra quæſt.* 1. & Canonici † regulares
ſaltim Cathedralium videntur gaudere eiſdem prærogati-
vis, ac Canonici ſeculares quibus cum in multis æquipa-
rantur, Anton. Faber *in praxi benef. lib.* 3. *tit.* 6. *de benef.*
2 *Cathedr. num.*20. Nam cauſæ † Sedis Apoſtolicæ delegan-
tur iſtis, ac illis, *de quibus in cap. ſtatutum de reſcript. in* 6.
ubi Francus *num.* 5. Panorm. *in cap. cauſam quæ el* 1. *num.*9.
& Decius *num.* 4. *de iud.* & plures congerit Riccius *collect.*
3 1545. Canonicus regularis occupatus in ſervitio † Cardi-
nalis fructus groſſos lucratur, Borrellus *in ſumma deciſ. tit.*
4 10. *num.*5. Canonicus regularis † poteſt eſſe Vicarius Epi-
ſcopi, iuxta diſtinctionem Guidonis Papæ *deciſ.*563. Sbro-
5 tius *de offic. Vic. lib.* 1. *qu.*37. Contra † Canonicos regulares
proceditur cum ſtrepitu & figura judicii, *ut in deciſ. Montis
Regalis coram R.P.D. Coccino, ut in noviter eiuſdem impreſſis
deciſ.* 157. & eius copia eſt apud Farin. *deciſ.* 770. *in recolle-
ctis civilibus*, & plura in propoſito congerit Gratianus *di-
ſcept. Forenſ. cap.* 270. *num.* 25. & 26. cum contra ſimplices
regulares ſimpliciter, & de plano procedatur, Rodericus
*in quæſt. regular. tom.*1. *qu.*3. *art.* 1. Ghiliſerius *de iudic. regu-
lar. cap.*13. *num.*3. Spatharius *de modo cor. regulares tract.* 3.
*cap.*16. Olim etiam Canonici † regulares proprium habe- 6
bant, ut conſtat ex Spondano *in Epitome ad Baronium an-
no Domini* 1063. *num.* 6. & proprio renuntiare cœperunt
tempore Concilii Magontiaci, ut refert Langhecrutius *in
ſpeculo Canonicorum, cap.* 21. §. *verum lib.*1. & cuncta † in- 7
ter Epiſcopum, & Canonicos erant communia tamquam
inter cœnobitas, ideſt communis vitæ rerumque conſortes,
Coppinus *de ſacr. polit. lib.*1. *tit.*8. *num.*4. Non minus Cano-
nici † regulares quàm ſæculares ad fidei profeſſionem te- 8
nentur, de qua in Trident. *ſeſſ.*24. *de reform. cap.*12. ut Sa-
cram Congregationem declaraſſe teſtantur Garcia *de benef.
par.*3. *cap.*3. *num.*16. Barb. *ad d. cap.*12. *num.*10. Regulares
† Canonici Cathedralibus Canonicis cenſentur minores, 9
Collegiatis verò majores, iuxta ordinum literæ, *de qua in
cap. quia ſæpè* 40. *de elect. in* 6.
Argumentum & ſimiliter nomen † præſtat, quod re- 10
bus convenire frequentius ſolet, §. *eſt & aliud inſtit. de do-
nat.* eo enim ipſo quod Canonicos appellamus & regulares
dicimus, quippe cum canon à quo Canonici nomen deri-
vatur, Panor. *in d. cap. cauſam num.* 9. optimè in libro ſpe-
culi vitæ humanæ, quod propoſuit prudentiſſimè Roderi-
cus Zamoren. Epiſcopus *cap.* 19. potiori iure competat Ca-
nonicis regularibus quàm ſæcularibus, nam idem bis di-
cunt, qui Canonicos regulares nominant, ut advertit
Eminentiſſimus noſter Antonius Auguſtinus *Dialogo* 1. &
*lib.*1. Licet † vulgarem iſtam introductionem in laudem 11
convertat Canonicorum regularium P. Cenedo *qu.* 20. *num.*
19. ergo non aſſiſtit ius Epiſcopis in omnimoda poteſtate
procedendi contra Canonicos regulares.
Secundò, quia in punitione † Regularium potius ade- 12
undum eſt ad Abbatem quàm ad Epiſcopum, etiam ſi
procedatur in figura iudicii, Panor. *in cap. quanto* 7. *num.* 4.
de offic. ordin. Romanus *conſ.*375.
Tertiò, quia in Tridentino *ſeſſ.*21. *de reform. cap.* 8. non
aliter permittitur Epiſcopis regularium punitio, quàm ſi
in eis nulla regularis obſervantia reperiatur. Sed in Cano-
nicis Regularibus † obſervantia regularis viget, ut mul- 13
tis encomiis celebrat iuriſprudentia, & modeſtia inſignis,
Cenedo *collect. ad Decretum* 165. *idem poſthumus, qu.* 20. *nu.*
22. Navar. *comment.* 3. *de regular. num.*25. ubi B. Magiſtrum
Epila, alio nomine † Petrum de Arbues religionis exem- 14
plar proponit, eumque inter Canonicos S. Mariæ del Pi-
lar refert, ſed vir iuriſprudentiæ ſumma cum laude Gna-
rus, facti huius fuit ignarus, nam erat Canonicus huius
almæ Metropolitanæ Eccleſiæ Cæſarauguſtan. illiuſque
pavimentum media nocte cùm ad Matutinum ſurgeret ſan-
guine ſuo decoravit. Hiſtoriam perlege conſtantia & pie-
tate plenam apud Curitam noſtrum *lib.* 20. *cap.* 65. & apud
Concanonicum meum D. Martinum Carrillo Montis Ara-
gonum Archimandritam in ſuo Catalogo anno 1585. 1485
cuius laudes multa ab eo monumenta mandata typis, at-
teſtantur. Ergo Epiſcopis non competit iuriſdictio propo-
ſita in quæſtione.
Quartò, quia in prohibitivis † appellatione Mona- 15
chorum veniunt Canonici regulares, ut in prohibitione
poſtulandi, probat text. *in cap.* 2. *ubi gloſſa verbo Item iudi-
cium de poſtulando*, notat Ghiliſerius *de indic. regul. cap.* 13.
*num.*5. Item in prohibitione de accedendo ad curiam ſæcu-
larem, de quo *in Clem.* 1. §. *quia verò de ſtatu Monach.* &
obſervat Navar. *conſ.*18. *num.* 1. *ſub illo tit.* plures alios caſus
proſequitur Azor. *inſtit. moral. par.*3. *lib.*12. *cap.*22. *qu.*5. &
per conſequens in favorabilibus Monachorum appellatio-
ne comprehendi debent, ut in uno † gravati in alio rele- 16
ventur ad tradita per Speculatorem *lib.*1. *p.* 4. *tit. de teſtam.
num.*68. *facit regula qui ſentit, de regulis iuris in* 6. Sed regu-
lares † directè, ſive per communicationem ſunt exempti 17
*deciſ.*54. *num.*14. *par.* 2. *diverſ.* latè Mandoſius *de ſignatura
tit. de exemptis ab Epiſcop.* §. *verum ſuccedente tempore*, Na-
var. *commentar.* 2. *de regular. num.* 63. Rodericus *in eodem
tract.*

tract. tom. 2. *qu.* 2. *art.* 6. Ergo Epiſcopus contra Canonicos
regulares dependentem non omnimodam habet iuriſdi-
ctionem. Patet conſequentia, quia Adjunctorum decre-
tum habet locum in Capitulis exemptis *iuxta Congregatio-
nis declarationem ad hoc cap.* 6. de qua teſtimonium prohi-
bet Farin. *ver. Capitula*, & Marcilla *lib.* 4. *tit.* 7. *cap.* 20. *lit.
K*, Rot. *dec.* 743. *num.*8. & 9.
Sed contraria ſententia, quæ verior eſt probatur ex eo,
18 quia quando agitur de Eccleſia Cathedrali regulari † Epi-
ſcopus eſt caput & loco Abbatis, & ipſi Monachi ſunt lo-
co Canonicorum, ut latè explicat Panor. *in c. cauſam quæ in*
1. *num.*8. *de iud.* Sacratus *in una Cæſaraug. iuriſdict.* cuius co-
pia eſt apud Marcheſanum *de commiſſ. nullit. tom.* 3. *deciſ.*1.
num. 2. Coccinus *in una iuriſdictionis Montis Regalis*, cujus
copia eſt apud Farin. *in recollectis civil. deciſ.* 770. & in no-
viſſimè recollectis apud eumdem Farinacium *par.* 1. *deciſ.*
15. 17. & 20. Guido Papæ *deciſ.* 559. proſequuntur Gratia-
nus *diſcep. Forenſ. cap.* 270. Riccius *collect. deciſ.*1545.
19 Nec in hoc verſatur diſcrimen † an Regulares ſint Ca-
nonici Eccleſiæ Collegiatæ, vel Cathedralis, omnibus
enim eadem eſt regula, unus habitus non ſericus, ſed li-
neus decet, unum & idem nomen imponitur, & æqua
lance de omnibus in jure ſcribitur *c. innotuit, c. cum Vinto-
nien. de elect. c. præterea* 14. *de præbendis, c. ſanè* 10. *de reg.*
Trullus *de Canonicis regular. lib.* 1. *cap.* 2. Cenedo *d. collect.*
165. Roder. *ſup. tom.*1. *qu.*1. *art.*3.
20 Unde Epiſcopus † Eccleſiæ regularis etiam Cathedra-
lis, exceptis his quæ concernunt regulam, in illos habet
omnimodam juriſdictionem, *gloſ. verbo regular. in cap.
nullus* 28. *de elect. in* 6. quam ſequitur ibi Francus *num.* 3.
Geminianus *num.*7. Guid. Papæ *d. dec.* 559. & plures ibi re-
lati ſupra à Gratiano *d. c.* 270. *num.* 4.
21 Amplius neque requiritur † pro exercitio hujus juriſdi-
ctionis, aut aſſenſus, aut conſilium monachorum, cum
enim talis Eccleſia ſit regularis & ſuperiori regularium ſit
obediendum nullo ſpectato ſubditorum conſilio, vel aſ-
ſenſu, Roder. *ſupra tom.* 1. *quæſt.*10. *art.*1. & 2. & Epiſcopus
reſpectu monachorum non dicatur Epiſcopus, ſed Abbas,
Panor. *in c. cauſam quæ nu.* 9. ſequitur ut nullum conſilium
requiratur, vel aſſenſus, quia nec Abbas requirit *gloſ. ver.
tota in cap. nullam* 18. *qu.* 2. Roman. *conſ.*375. *num.* 1. & alii
quos refert & ſequitur Gratianus *d. cap.*270. *num.*20. *pro qua
ſententia facit Concilium Tolet.* 4. *cap.*20.
22 Hoc ipſum † firmatur ex eo nam ſi Epiſcopus qui eſt ut
Abbas liberè non poſſet & omnimodè procedere contra
Canonicos regulares, id repugnaret inſtituto regularium,
qui ſuſcipiendo religionem, perpetuam obedientiam ſpo-
ponderunt ad tradita per Sylveſtrum *verbo religio* 6. *quæſt.*6.
Navar. & *ab eo citatos commentar.* 1. *de regular. num.*8. §. 6. &
7. & qui ſic ſe alterius imperio & poteſtati ſubmiſſerunt, ut
omnem ſuam voluntatem & noluntatem in eum tranſtule-
rint *c. non dicatis*, 12. *qu.*1. *cap.* 2. *de teſtam. in* 6. Panorm. *in
cap. ex reſcripto* 9. *de iureiur. nu.*1. & alii quos ſequitur Gra-
tianus *dicto cap.*270. *num.*22. & 23. melius omnibus ponde-
rat Illuſtriſs. admodum Coccin. Rotæ Decan. *deciſ.* 360. *nu.*
4. *in ſuis*.
Prædicta intelligo ſemota exemptione, conſuetudine,
præſcriptione, aut privilegio munita, quibus ſtandum
eſt, ut advertit Guido Papæ *d. deciſ.* 559. Coccinus *in dict.
deciſ.*770. apud Farin. *num.*2. Corneus *lib.*2. *conſ.* 93. *num.*5.
Rodericus *ſupra tom.* 2. *quæſt.* 63. *art.* 1. & 2. Ghiliſerius *de
iudic. regul. cap.* 9. *num.* 6. & facit aliquantulum *deciſ.* Rotæ
36. *num.*21. §. 5. *par.* 2. *diverſ.*
23 Exemplum † eſt ſupra poſitæ doctrinæ in hac urbe in
Eccleſia Sanctæ Mariæ, hujus nominis, Majoris, ſeu del
Pilar, cujus Prior & Canonici à Clemente VII. anno 1629.
die xi. Februarii, durante vita D. D. Joannis ab Aragonia
Archiepiſcopi Cæſarauguſtani, cum quo litigabant, &
ſic ratione litis *ad tradita ſupra qu.* 1. *fundam.* 14. *convenien-
tia*. 5. & per Mandoſ. *de ſign. gratiæ tit. de exemptione ab E-
piſcop.* §. *aliquando verò*, & anno 1581. die 24. Decembris à
Gregorio XIII. non facta mentione litis intercedentis in-
ter ordinatium, & ipſos, quod privilegium reddit ineffi-
cax, *ut in eadem cauſa fuit iudicatum coram R. P. D. Can-
tuccio* 27. *Martii* 1585. ad tradita per Mareſcot. 2. *var. cap.*
85. *num.*8. Menoch. *de arbitr. caſu* 202. *lib.*2. *cent.* 3. *num.*7.
Theſaur. *deciſ. Pedemon.*255. *num.*9. quando autem dicatur
lis pendere ad hoc optimè diſtinguit Gratianus *deciſ.* 209.
& tandem à Sixto V. anno 1590. die 24. Maii Sede vacante,
exemptionem plenam liberam & prægnantiſſimis clauſu-
lis roboratam impetrarunt. In hujus exemptionis favorem
latæ fuerunt in Rota plures deciſiones, quas referunt Se-
raphinus *deciſ.*1082. Farin. *in recollectis civilibus deciſ.* 710.
& 711. Marcheſ. *de commiſſ. appell. in cauſ.* Dec. *par.*1. *deciſ.*
13. & *par.*2. *de aperit. dec.* 7. & *d. par.* 2. *de reſtit. in integ.* §.
1. *deciſ.* 9. An verò eorum Prior † contra Canonicos extra 24
regulam de Adjunctorum conſilio, & aſſenſu procedat;
Joannes Baptiſta Valenz. radicitus diſcuſſum relinquit
*conſ.*43. *maximè num.*69. & 104.
An eſſet amplianda † hæc exemptio ad illius Eccleſiæ 25
Præbendarios extra clauſtrum degentes? Sæpius fuit dubi-
tatum, quid in hoc tenendum videatur ex reſponſo à me
poſtulato die 31. Auguſti anno 1619. & coram Illuſtriſs.
D. Manzan. *in Caſ. iuriſdict. anno* 1623. 28. *Iun.*
Non obſtat primum † argumentum, cui reſpondetur, 26
ex traditis ſupra per Gratianum *d. cap.* 270. *num.* 21. 22. &
23. longè diverſam rationem militare in Canonicis regula-
ribus, ac ſæcularibus, nam illi ſe ſe ſpeciali obedientiæ vo-
to obſtrinxerunt, & ſervi remanſerunt ad tradita per An-
gelum *in l. creditor* 28. *num.* 1. *ff. de appell.* per Anchar. *in
clem.*2. *num.* 10. *de reſcript.* Cenedo *qu.* 20. *num.* 27. licet † 27
prædictorum ſubjectio magis filialis quàm ſervilis debeat
appellari, ut pluribus confirmat Valenzuela *conſ.* 43. *num.*
121. Scacia *de appellat. qu.*5. *par.*1. *num.*54. & ſicut quidquid
acquirit ſervus acquirit Domino, *l. placet ff. de acquir. hæ-
red.* ſic quicquid acquirit Monachus acquirit Monaſterio,
etiam contradicente Monacho ad tradita per Riccium *col-
lect. deciſ.*1938. & pro mortuo habetur, *l. Deo nobis in fine,
C. de Epiſcop. & Cler.* notat Guido Papæ *deciſ.* 563. *in princ.*
& licet ſæcularis dicatur habere beneficium ſuum, *cap. ſi
tibi abſenti de præben. in* 6. Religioſus autem non, quia cum
ipſe ab alio poſſideatur, nihil poteſt poſſidere, *arg. l. ſi
eveniet, ff. de adulter.* Staphileus *de variis modis vacat.* §. *ſex-
tus num.*2. & licet ſæculares Canonici emolumenta Sedis va-
cantis ex privilegio Apoſtolico poſſint inter ſe dividere,
non tamen Canonici regulares Farin. *d. dec.*126. 4. *p. diverſ.*
non idem militat in ſæcularibus, ideò mirum non eſt, ſi
majorem juriſdictionem Epiſcopus exerceat in regulares,
quàm in ſæculares, licet & regulares & ſæculares in mul-
tis eodem jure cenſeantur.
Non obſtat ſecundum quia verior eſt ſententia † quod 28
quando agitur in figura judicii, & his quæ ſunt delicta
quo ad omnes, ad ſolum Epiſcopum ſpectat cognitio &
correctio, ut tradit Guido Papæ *d. deciſ.* 559. *deciſ.* Rotæ
78. *par.*1. *diverſ.* ubi teſtatur de magis communi opinione,
& plures quos refert, & ſequitur Gratianus *d.c.* 270. *à num.*
27. copioſè Mareſcot. 2. *var. cap.* 35. *num.* 125. & 134. vel
poteſt reſponderi † cum diſtinctione prædicta ex Conci- 29
cio Toletan. quod refertur *in can. hoc tantum*, 18. *quæſt.*2. ut
ea quæ ad religionis regulam pertinen. Abbatis caſtigatio-
ni relinquantur, quæ verò extra regulam committuntur
ad Epiſcopi correctionem, & juriſdictionem ſpectent,
nec eſt novum unum eumdemque hominem diverſas ob
cauſas poſſe duorum juriſdictioni ſubjacere, *l. fin. C. de iu-
riſd. omn. iud.* proſequitur Meinar. *friſ. de iuribus Epiſcopi*,
*cap.*6. *num.* 29. *vide omnino dec.*15. *par.* 1. *recent.*
Non obſtat tertium cui reſpondetur ex *d. deciſ. Montis
Regalis iuriſdict. num.* 5. quod loquitur † Concilium de 30
Monachis exiſtentibus in locis exemptis ab ordinario, ut
& reſpondet Gratianus *diſcept. forenſ. d. cap*270. *nu.* 8. quo-
rum locorum exemptionem revocat Trid. Synodus favore
ordinariorum quo ad eos, qui ſine regulari diſciplina &
extra Septa Monaſterii vivunt, *ut in d. deciſ.*78. *num.* 2.
ubi Rota hoc modo declarat Conc. Trid. *cap.* 11. *ſeſſ.* 24. *de
reformat. in genere*.
Non obſtat quartum, cui reſpondetur † appellatione 31
Monachorum venire Canonicos regulares, ſive in favora-
bilibus, ſive in odioſis, dummodò eadem ſit ratio, Do-
min.

quando huiuſmodi præceptum eſt alternativum mandans
aliquid fieri vel doceri factum, aut non deberi fieri, eſt,
ac ſi contineret clauſulam, *quod ſi quas cauſas*, & per com-
paritionem partis reducitur ad ſimplicem citationem,
Imola *conſ.* 112. *num.* 3. quem refert & ſequitur Tuſchus *d.
concl.* 346. *num.* 14.

Sed Epiſcopus prohibetur Capitulares citare criminali-
ter ſine adiunctis, *ut in d. cap.* 6. nam prohibetur procede-
7 re † & nomine proceſſus intelligitur prima citatio, Lan-
francus *in cap. quoniam contra de probat. §. citationes num.* 1.
& ſacra Cardinalium Congregatio declaravit teſtibus Fa-
rinac. *ad d. cap. 6. verſ. Capitula Cathedralium*, & Marcilla
lib. 4. tit. 7. cap. 20. littera K, ut infra qu. 28. quippè cum in-
ſtituendarum actionum initium ab ea proficiſcatur parte,
qua Prætor edicit, de *in ius vocando, §. omnium inſtit. de pœ-*
8 *na temere litigan.* in cuius locum † ſucceſſit citatio, *gloſ.
verbo citationes in clem. 1. de iud.* Ant. Faber *lib. 2. Codicis,
tit. 2. diffinitione 13. diximus ſupra quæſt. 2. ad ſolutionem
ſecundi*, ergo Epiſcopus ſine Adiunctis prohibitus eſt etiam
monere.

9 Confirmatur conſequentia, quia exercitium † iuriſdi-
ctionis ſic communicatur Adiuncto, ut unus ſine altero
procedere prohibeatur, nec citatio, nec comparitio, niſi
ab utroque, & coram utroque fieri debeat, Ruinus *conſ.* 5.
vol. 5. quem ſequitur Mandoſius *de ſignat. inſt. commiſſ. 8. §.
Adiunctum qu. 2. diximus ſupra qu. 2. fundam.* 5.

In hac difficultate priuſquam propoſita controverſia
diſſolvatur animadvertendum eſt, in ſancto Triden. Con-
10 cilio *ſeſſ.* 25. † *cap. 14. verſ. quod ſi de reform. in genere*,
decerni, clericos concubinarios monendos eſſe à Superio-
ri, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus haberi
ſuſpicio poſſit, in domo, vel extra, detineant, aut cum
his ullam conſuetudinem habeant, & ſi monitis non pa-
ruerint, poterit procedi contra illos ad pœnas *in eodem cap.
14. ſtatutas*, idem ſtatuerat, & D. Joannes ab Aragonia
Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus *in conſtitutione Synodali
in c. fin. de cohabit. cler. & mulier. fol.* 21. proſequitur Navar.
conſ. 1. num. 5. eodem titulo, Monald. *conſ. 137. num. 1. 2. & 3.
vol.* 2. Mareſcotus *2. var. cap. 35. à num.* 78. Quæ verò re-
11 quirantur † ut præſumatur delictum carnis, latè Farin.
qu. 136. num. 14. & 20. vol. 4. Riccius *in deciſ. ſuis deciſ.* 361.
450. & 451. *in praxi*.

Secundò animadvertendum eſt, hujuſmodi monitio-
12 nes † eſſe faciendas in ſpecie non in genere, ideſt per edi-
ctum, ut Sacra Cardinalium Congregatio declaravit teſti-
bus Farin. *in d. cap. 14. verſ. quod ſi*, & Marcilla *lib. 4. tit.*
13 *15. cap.* 1. Et ſufficit † quod hujuſmodi monitiones fiant
per verba reprehenſiva, Felinus *in cap. cum non ab homine
n. 12. ver. Dominicus de iud.* quem refert & ſequitur Marta *de
iuriſdict. par. 2. cap. 36. num.* 15.

14 Nec ſufficit una monitio, ſed triplex monitio † requi-
ritur, nam in diſpoſitionibus negativis requiritur monitio,
& duplex monitio, Zabarella *conſ. 55. & 132. verſ. Item
præſuppono*, quem refert & ſequitur Tuſchus *litera M, con-*
15 *cluſ.* 357. & eſt neceſſaria triplex monitio † contra Clericum
negotiatorem, de quo Borrellus *in ſumma deciſ. tit. 7. num.*
70. & in excommunicationis inflictione, *c. ſacro de ſent.
exc.* Franciſcus Marcus *p. 2. deciſ. 645. num.* 2.

16 Tertiò animadvertendum eſt conſtare † debere de hu-
iuſmodi monitionibus per duos teſtes, vel inſtrumenta,
ut de monitione neceſſaria ad ferendam excommunicatio-
nis ſententiam, *de qua in cap. ſacro de ſenten. excom.* de-
clarat Marta *ubi ſupra par. 3. cap. 3. num.* 8. & de monitione
contra Clericos inboneſtos *cavetur in d. conſtit. Synodali D.
Ioannis ab Aragonia*.

De monitione verò, quam Doctores vocant urbanam
17 † cui locus eſt maximè in cauſis civilibus, & de qua tra-
ctant Doctores *in d. c. ſacro, & in d. cap. cum ſit romana de
appellationibus*, & ſignanter Franciſcus de Aretio *conſ.* 65.
& Aſſinius *in praxi, §. 7. cap. 5. limitatione 83. num. 11. præ
omnibus eſt videndus*, Scacia *de iud. lib. 1. cap. 9. per totum, &
de qua loquitur textus in l. quidam Hiberus, 12. de ſervit. ur-
ba.* ibi: Qua de re volo cum Hibero loquaris, ne rem illi-
citum faciat. In hac inquam monitione urbana ad ejus pro-
bationem ſat eſt partis aſſertio, ſicut † & in correctione 18
ſecreta intercedenti inter corrigentem & correctum, Bart.
*in extravag. ad reprimendum verbo denunciationem num. 17.
collatione* 11. Baldus *in authent. ad hæc, C. de uſur.* & gene-
raliter Scacia *lib. 1. de iud. cap. 9. num.* 3.

His ſuppoſitis, diſtinctionis fœdere propoſita contro-
verſia † diſſolvitur, aut agimus de monitione judiciali, 19
quæ eſt principium judicii, *de qua ſupra §. in contrarium ve-
rò*, aut agimus de monitione denunciativa, quæ tendit ad
correctionem non ad punitionem criminum, quam de-
nunciationem Euangelicam vocat Bart. *in d. §. denunciatio-
nem nu. 5. & 17.* primam monitionem Epiſcopus de Adiun-
ctorum conſilio, & aſſenſu facere tenetur, quod ſi non
fecerit, reintegrari, ſeu confirmari non poteſt, quæ non
eſt iuſtificata, & eſt nulla ex defectu iuriſdictionis, An-
char. *conſ. 292. num. 2. & 3. verſ. & quarto*, quem ſequitur
Tuſchus *d. concl. 346. in principio, & num.* 4. Nec acquirit
Epiſcopus poſſeſſionem, ut ſolus deinde poſſit monere,
quia ad acquirendam † quaſi poſſeſſionem in incorpora- 20
libus, requiritur ſcientia Capituli, Cæſar de Graſſis *deciſ.
7. de teſtib. num.* 9. Mantica *deciſ. 207. nu.* 6. vel ſaltim ſcien-
tia deputati pro Capitulo, ſeu Adiuncti, Seraphinus *deciſ.*
1213. *num. 5. & deciſ. 1437. num.* 3. quia cùm † ſimus in 21
Univerſitate non ſufficit ſcientia aliquorum etiam ſi fuiſ-
ſent citati officiales, quia ipſa & Univerſitas eſt citan-
da *deciſ. 530. lib. 3. par.* 3. Afflictis *deciſ. 376. numer.*
1. Aymon *conſ. 196. numer.* 2. quos ſequitur Seraphi-
nus *deciſ. 1046. numer.* 5. Hodie & † eſt neceſſaria mo- 22
nitio, ut poſſit procedi contra concubinarios, licèt fre-
quenter in conſtitutionibus Synodalibus moneantur, &
licèt lex hominem interpellet *cap. potuit de locato*, & licèt
monitio † Synodalis habeat vim trinæ monitionis, *ut vo-* 23
luit gloſſ. in cap. ſi Epiſcopus diſt. 18. quam ſequuntur Otte-
ro, & ab eo relati *par. 3. quæſt. 7. num.* 7. In Synodal. enim
Cæſaraug. *de vita & honeſt. cap. fin. fol.* 21. præter Synoda-
lem † & ſpecialis alia monitio requiritur, & conſtitu- 24
tionem noſtram magis iuri, & rationi arridere exiſtimo ad
tradita per Navar. *conſ. 1. de cohab. Cleric.* Grillenzo. *conſ.* 9.
Et iuxta ſupradictam doctrinam practicandam eſſe cenſeo
conſtitutionem Albarrozinen. *in Synodal. tit. 13. §. 7.* ut
monitio præcedere debeat.

S V M M A R I V M.

Capitulum non ſuccedit in ſpecialiter Epiſcopo reſervatis, num. 1. & 27.
Capitulum non ſuccedit in poteſtate confirmandi Abbates, num. 2.
Capitulum an ſuccedat in poteſtate viſitandi Moniales exemptas, num. 3.
Canonici non poſſunt incarcerari à Capitulo Sede vacante, num. 4. & 28.
Capitulum Sede vacante non poteſt indicere clauſuram monialibus etiam exemptis, num. 5.
Capitulum Sede vacante non poteſt corrigere regulares exemptos extra clauſtra degentes, num. 6. & num. 29.
Capitulum an ſuccedat in poteſtate cap. 6. ſeſſ. 24. de reform. num. 7. & 11. & ſequen. & 30.
Capitulum non ſuccedit Epiſcopo in ſpecialiter deligatis, nu. 8.
Relatum eſt in referente, num. 9.
Clauſula, authoritate noſtra, *ſignificat iuriſdictionem delegatam, num. 10.*
Capitulum ſuccedit in augmentis iuriſdictionis ordinariæ, num. 12.
Capitulum ſuccedit in iuriſdictione ordinaria, num. 13.
Iuriſdictio ordinaria eſt, quæ ex ſpeciali privilegio perpetuo datur, num. 14.
Vicarius Capituli Sede vacante eandem, ſi non maiorem habet iuriſdictionem, ac Vicarius Epiſcopi, num. 15. & 16.
Argumentum de Cardinalibus ad Canonicos valet, num. 17.
Cardinalium Collegium Sede vacante diſpenſat in reſervatis Pontificis, num. 18.
Capitulum Sede vacante diſpenſat in neceſſariis, num. 19. & in iuriſdictione neceſſaria, num. 20.
Iuriſdictio contentioſa habetur pro neceſſaria, num. 21.
Prælati inferiores non excluduntur à delegatis Epiſcopo, quæ de iure competebant, num. 22.

Epiſcopis cur delegentur, quæ de iure communi competunt, num. 23.
Capitulum ſuccedit in poteſtate exequendi pias voluntates, num. 24.
Dictio, etiam, *addit. num. 25.*
Ordinarii appellatione venit Capitulum Sede vacante, num. 26. & 33.
Cardinalium declarationes magnam habent authoritatem, num. 31.
Prælati inferioris appellatione non comprehenditur Capitulum Sede vacante, num. 32. nec Sede plena, num. 34.
Capitulum ſuccedit in iuriſdictionem procedendi cum Adiunctis, num. 35.

QUÆSTIO DECIMASEPTIMA.

An diſcordibus Epiſcopo, & Adjunctis in electione tertii ad Capitulum Cathedrale vicinius, & paſtore vacans, tertii electio devolvatur?

1 ET non ſuccedere videtur probari, quia in his † quæ
privilegio ſpeciali competunt Epiſcopis, non ſucce-
dit Capitulum Sede vacante, ut ex Joanne Andrea *in cap.
publicato de electione*, Pavino *de poteſt. Capituli Sede vacan-
te quæſt. 4. par. 2. princip. num.* 5. docet Cucus *inſtit. maior. lib.
2. tit. 9. num.* 55. verbi gratia, ſi Epiſcopus habeat ſpeciale
2 Indultum † confirmandi Abbates, vel Miniſtros genera-
les, *ut in cap. ſi poſtquam, 33. de elect. in 6.* aliud exemplum
3 eſt *in Clem. attendentes de ſtat. monachor.* ubi Epiſcopo †
competit jure ſpeciali, viſitare illas moniales exemptas,
quam poteſtatem ad Capitulum Sede vacante non extendi
opinatur Quaranta *in ſumma Bullarii verbo Capitulum Sede
vacante, §. quibus ſic prælibatis quæſt.* 1. & pro ſua opinione
citat Zabarellam *in d. Clem. attendentes, qu.* 4. Federicum
conſ. 291. Francum *in c. unico num. 5. de maior. & obed. in 6.*
eandem opinionem tenet Riccius *collect. 880. limit.* 6. ex
Balbo *deciſ.* 522. Franciſco Marco *deciſ. 92. par.* 1. ubi ponit
exemplum in juriſdictione feudali, ex Cæſare de Graſſis *de-
ciſ. 3. de offic. Vicar.* Mareſcot. *2. var. cap. 15. num. 16. in fin.*
Aliud exemplum ponit idem Riccius *d. deciſ. 880. limit.* 2.
4 ex Joanne Paponio *lib. 1. tit. 3. arreſto* 3. Scilicet † in jure
incarcerandi Canonicum, quod non tranſit ad Capitulum
Sede Sacante, cùm ad hujuſmodi incarcerationem ſit ne-
ceſſarius conſenſus Epiſcopi. Aliud exemplum ponitur *in*
5 *c. unico, §. fin. de ſtatu regular. in 6.* Ubi clauſura † Monia-
lium etiam exemptarum ſic permittitur Epiſcopis tanquam
Sedis Apoſtolicæ delegatis, ut omnino Capitulum Sede
vacante excludatur, Federicus *conſ.* 291. quem ſequitur
Tuſchus *lit. O, concl.* 185. Aliud exemplum deducitur *ex c.*
6 *3. ſeſſ. 6. de reform.* Ubi Epiſcopus † authoritate Apoſtolica
poteſt viſitare, corrigere, & emendare regulares extra
Monaſterium degentes, quod ad Prælatos inferiores non
extendi, Puteus ſententiat *deciſ. 213. lib.* 3. Et exemplo con-
7 firmatur *ſumpto ex cap. 6. ſeſſ. 24. de reform.* ubi in certis †
caſibus permittitur Epiſcopis diſpenſatio & abſolutio, qui-
bus non permittitur Capitulo Sede vacante, ut probat Sua-
rez *de cenſur. diſp. 41. ſect. 2. num.* 13. ex declaratione Cardi-
nalium, quæ talis eſt. In hoc decreto non comprehendun-
tur inferiores habentes juriſdictionem ordinariam, & quaſi
Epiſcopalem, ſed tantum Epiſcopi privativè quoad alios,
de qua teſtimonium perhibent Marcilla *lib. 3. tit. 9. cap. 20.
in princ.* Sed Epiſcopis eſt permiſſum ſpeciale iure, ut co-
gnoſcant de articulo diſcordiæ ſibi non ſubditorum, cùm
jus generale ſtatuat extra territorum jus dicenti impunè pa-
rendum non eſſe, *l. fin. de iuriſd. omn. iud.* Ergo, hoc jus
ſpeciale non devolvitur ad Capitulum Sede vacante.

8 Secundò, quia ubi de iure delegationis competit † ali-
quid Epiſcopis hujuſmodi delegata juriſdictio ad Capitu-
lum ſede vacante non extenditur, etiam ſi hujuſmodi iu-
riſdictio perpetuo conceſſa fuiſſet præſentibus & futuris,
Federicus *conſ.* 130. quem ſequitur Felinus *in cap. eam te, n.
17. de reſcrip.* Panor. *in cap. ad abolendam in fine de hæret.*
quos refert & ſequitur Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp. 2. num.*
10. Sed poteſtas data viciniori Epiſcopo competit ſive ju-
re delegationis, ſive authoritate Apoſtolica, quæ duo
unum & idem operantur, Federicus *d. conſ.* 291. *gloſ. ſcho-
lio ultimo in cap. ad abolendam 12. de hæret.* quam ſequitur
ibi Panorm. *num. 15. gloſ. ver. legat §. item circa de collat. in
pragm. ſan.* Francus *in cap. cum aliquibus num. 4. de reſcrip.
in 6.* Maranta *in praxi 4. par. d. 5. num.* 4. Sanchez *de matr.
lib. 8. diſp. 2. num.* 10. nam text. *in hoc cap.* 6. ſeſe refert ad tex-
tum *in cap. 4. ſeſſ. 6. de reform.* ubi authoritate Apoſtolica E-
piſcopi viſitant, corrigunt, & emendant, ergo diſpoſita
in hoc cap. 6. competunt Epiſcopis tamquam Sedis Apoſtoli-
cæ delegatis, quia relatum † eſt in referente, *Auth. ſi quis* 9
*in aliquo C. de edendo, ubi gloſ. 1. deciſ. 27. num. 3. & deciſ. 40.
num. 2. par. 2. diverſ.* & per conſequens non extenduntur ad
Capitulum ſede vacante. In quo animadvertendum eſt
verba illa authoritate † noſtra, delegatum judicem red- 10
dere, quando in principali diſpoſitiva ſunt poſita, ſecus ſi
in parte executiva vel confirmativa, ut docet Mandoſ. *p.
1. de ſignat. grat. cap. 2. nu.* 266. ex Imol. *in cap. quoniam Ab-
bas num. 29. de offic. deleg.* Dec. *conſ. 500. num.* 11.

Sed contraria ſententia, quæ verior eſt probatur, quia
etiam ea quæ Epiſcopis iure ſpeciali conceduntur, tran-
ſeunt ad Capitulum Sede vacante, *ut ſeſſ. 24. de refor. cap.* 6.
Nam † facultas abſolvendi, vel diſpenſandi *in d. c.* 6. Epi- 11
ſcopis conceſſa tranſit ad Capitulum ſede vacante, & licèt
contrariam opinionem cum Franciſco Suarez Oſcæ, ante-
ceſſoris munere fungens in Decreti Cathedra conductus,
ſecutus fuerim in extraordinaria lectione, *qu. 4. ad dictum
cap. 6. ſeſſ.* 24. Sed re melius perſpecta magis iuris conſona
hæc opinio mihi videtur, quam ſequitur Cenedo *in collect.
4. num. 3. ad lib. 6. decretal.* Rodericus *in quæſt. regular. tom.
1. art. 9. quæſt.* 61. & alii quos refert & ſequitur Sanchez *de
matrimonio lib. 8. diſput. 2. num. 10. & lib. 2. in Decalogum
cap. 11. num. 4. & lib. 4. cap. 38. num.* 17. ubi plures alios re-
fert, & Riccius *deciſ. ſua 533. in fine, & reſolut. pract.* 118.
& plures alii quos refert Barboſa *ad dicto cap. 6. ſeſſ. 24.
num.* 5.

Pro qua ſententia facit, primò nam quoties additur,
† vel annectitur iure ſpeciali, iuriſdictioni ordinariæ Epi- 12
ſcopi, ſimiliter, & in ea iuriſdictione ſuccedit Capitulum
Sede vacante, Butrius *in dict. cap. cum in cunctis de electio-
ne*, Gemin. *in cap. quamquam num. 3. eod. tit. in 6.* Felinus
in cap. verùm num. 3. de foro compet. Quaranta *ſupra §. ſub-
ſequenter*, ſive hæc iuriſdictio fuerit addita conſuetudine,
vel præſcriptione, vel alio modo, Panorm. *in cap. cum olim
quæſt. 10. de maior. & obed.* Francus *in cap. unico num. 4. ne
Sede vacante in 6.* Pavinus *ſupra par. 1. quæſt. 9. num.* 7. ſive
hæc iuriſdictio addita fuerit iure communi, Panor. *in cap.
4. §. de adulteriis num.* 17. ubi Dec. *num. 150. extra de iud.*
Cenedo *d. collect. 4. num.* 3.

Secundò, quia Capitulum ſuccedit in iuriſdictione † 13
ordinaria, Panorm. *in cap. verum num. 9. de for. compet.* Fe-
lin. *in dicto eam te, nu.* 17. Caſſaneus *in Catalogo glor. mund.
4. par. conſiderat. 32. §.* 4. ſed illa dicitur iuriſdictio † or- 14
dinaria, quæ ex ſpeciali privilegio perpetuo datur non per-
ſonæ, ſed dignitati, Felinus *in dicto cap. licèt num. 4. de
offic. ordin.* Sylveſter *verbo delegatus, quæſt. 8. num.* 11. Co-
var. *3. var. cap. 20. num. 6. 9. & 10.* Sanchez *de matrimonio
lib. 2. diſp. 40. num.* 14. Ergo Capitulum ſede vacante ſucce-
dit ſive in ius nominandi tertium, ſive ius diſpenſandi vel
abſolvendi in caſibus expreſſis in *dict. cap. 6. ſeſſ. 24. & in
d. cap. 6. de reform. ſeſſ.* 25. Nam ut notant DD. *in cap. quo-
niam Abbas de offic. deleg.* nomen dignitatis comprehen-
dit præſentes, & futuros.

Tertiò, quia multa, quæ Epiſcopis permittuntur, &
eorum Vicariis generalibus permiſſa cenſentur ad tradi-
ta *ſupra quæſt. 14. fundam. unico confirm. 3. & 4.* Sed Vicarii
generales Capituli Sede † vacante non ſunt minores di- 15
gnitatis & authoritatis, nam utrislibet cauſæ poſſunt de-
legari, de quibus *in cap. ſtatutum de reſcrip. in 6. & docet
gloſ. verbo Epiſcopi in Clem. 2. eod. tit.* ubi Cardinal. *quæſt. 13.
num.* 15. Anchar. *num.* 1. Imola *num.* 20. Sanchez *lib. 8. diſp.
27. num. 32. de matrimon.* licèt Vital. *in dict. Clemen. 2. n.* 52.
nobis ſit contrarius. Imò † Vicarii generales Capituli, ma- 16
iorem habent authoritatem, & poteſtatem, ut argumẽtatur

vis, & privilegiis, de quibus Abbas *conſ.* 21. *num.* 3. *vol.* 1. Caſſan. *in Catalog. glor. mundi*, 4. *par. conſiderat.* 50. Hojeda *de incomp. benefic.* 2. *par. cap.* 10. *num.* 12. Rub. *de Vicar. Epiſ. num.* 4. *in praxi*, & plures alii quos refert & ſequitur Cenedo *qu.* 18.

Non obſtat argumentum ſupra cum triplici confirma-
13 tione roboratum cui reſpondetur legem † non extendi de caſu ad caſum quoties contrarium eſt expreſſum, quia expreſſum facit ceſſare tacitum, ut notant Doctores *in l. cum ex filio* 19. §. *filio de vulg.* ubi Bart. & eſt textus *in l. expreſſa*, *ff. de reg. iur. l. nonnumquam*, 52. *in fine de cond. & demonſt. & facit text. in l. his ſolis ibi ſatis tacitè cautum*, *C. de revocan. don.* quia expreſſio habet vim neceſſariæ interpretationis, & habet vim quoad omnes ad latè tradita per Salas *de legibus diſp.* 21. *ſect.* 1. *n.* 2. expreſſio autem benè colligitur ex fundamentis hujus quæſtionis.

Non obſtat quarta confirmatio, cui reſpondetur quod
14 ſi Epiſcopus velit viſitare ex decreto conſtituto † *in cap.* 4. *ſeſſ.* 6. *de reform.* debet id perſonaliter agere, ſecus ſi ex aliis Concilii decretis, nam tunc per ſuum Vicarium id agere poterit, ut per alium viſitatorem ſi modo legitimè impeditus fuerit, *ut dicitur in d. c.* 6. *ſeſſ.* 25. & hoc procedit juxta declarationem Sacræ Congregationis de qua teſtimonium perhibet Farin. *in d. cap.* 4. *verſ. à ſuis Epiſcopis*, Marcilla *lib.* 4. *tit.* 7. *cap.* 2. *litera K.* & iuxta hunc ſenſum eſt accipienda reſponſio Dominorum de Rota Sanctiſſimi mandato lata *in deciſ.* 743. *nu.* 5. *par.* 1. *diverſ.* & Theſaurus *in foro Eccl. par.* 2. *cap.* 16. *num.* 30.

SVMMARIVM.

EXcommunicatio ferri non poteſt, niſi ob mortalem culpam cum inobedientia, & contumacia, num. 1.
Excommunicatio ferri poteſt propter cauſam civilem, num. 2. *propter culpam non mortalem, num.* 3. *propter actum ſine malitia, num.* 4.
Abſolutio reo diſpoſito negari non poteſt, num. 5.
Forus eſt triplex conſcientiæ, pœnitentiæ, & contentionis, num. 6.
Abſolutio in foro interiori quomodo conſtet, num. 7.
Abſolutio ab excommunicatione in foro conſcientiæ non requirit ſacramentum pœnitentiæ, num. 8.
Intellectus Concil. Trid. ſeſſ. 24. *cap.* 6. *num.* 9. & 12.
Abſolutio ſacramentalis dari non poteſt abſenti, num. 10.
Abſolutionis extra ſacramentalis forma, num. 11.
Imperium, aut merum, aut mixtum declaratur, num. 13.
Excommunicatio ferri poteſt pro cauſis meri & mixti imperii, num. 14.
Adiunctorum conſilium & aſſenſus requiritur in cauſis criminaliter intentis, num. 15.
Delegatus ad cauſas criminales non cognoſcit de cauſis criminalibus civiliter intentatis, num. 16.
Intellectus Concilii Tridentini ſeſſ. 25. *cap.* 6. *verſ. in crim. num.* 17.
Crimen, delictum, peccatum, diſtinguntur, num. 18.
Crimen, delictum, peccatum confunduntur, num. 19.

QUÆSTIO DECIMAQUINTA.

An poteſtas abſolvendi Capitulares à cenſuris competat Epiſcopis independenter?

IN hac quæſtione videtur dicendum Epiſcopum non poſſe procedere ad abſolutionem ſine Adjunctis, quod
1 probatur ſic. † Excommunicatio major ferri non poteſt, niſi ob culpam mortalem, cum inobedientia Eccleſiæ, & contimacia Eccleſiæ commiſſa, *cap. ſervetur, c. nemo Epiſcoporum, cap. nullus, c. Epiſcopi*, 11. *qu.* 3. *c. reſecandæ, cap. corripiatur* 24. *quæſt.* 3. *cap. ſacro de ſenten. excom. c. romana eodem tit. in* 6. & ex magna & ardua cauſa, ut noviſſimè in Triden. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 3. latiſſimè proſequitur Suarez *de cenſur. diſp.* 18. *ſect.* 3. *num.* 2. nec ſufficit peccatum, inobedientia, ut latè idem Suarez *diſp.* 4. *ſect.* 5. *num.* 6. Sed in criminalibus non poteſt procedere Epiſcopus contra Capitularem ſine Adjunctis, ut probat *ex hoc cap.* 6. *ſeſſ.* 25. *per argumentum ab ſpeciali in verſ. in criminibus tamen*; ergo ſicut non poteſt excommunicare ſine Adjunctis, nec abſolvere poteſt, quia omnis res per quaſcumque cauſas naſcitur per eaſdem diſſolvitur *cap.* 5. *de regul. iur. in antiquis l. nihil tam naturale, ff. de regul. iur.*

Sed contraria ſententia, quæ verior eſt probatur, quia excommunicatio ferri poteſt, non ſolùm propter cauſam criminalem, ſed † & propter civilem, nam imponitur 2
propter res deperditas *cap.* 3. *ſeſſ.* 25. *de reform.* iunctis his quæ latiſſimè ad illius textus declarationem congerit Marta *de iuriſdict. d. p.* 3. *cap.* 4. & plures alii quos refert ad illum textum Barboſ. *num.* 2. Item imponitur propter culpam † 3
quæ ex ſe peccatum non inducit, ut Sylveſter *verbo excommunicatio in* 1. *num.* 11. & clarius Suarez *de cenſuris diſp.* 20. *ſect.* 2. *per totum*, Avila *eodem tract.* 2. *par. cap.* 5. *diſt.* 2. *dub.* 3. *concl.* 2. Marta *de iuriſd. par.* 3. *cap.* 4. *num.* 35. Imò † impo- 4
nitur propter actum in quo nulla eſt malitia, Azor. *inſtit. moral. lib.* 1. *cap.* 7. *verſ. quod ſi obiicias*, quem refert & ſequitur Marin. Ant. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 11. *num.* 5. Avila *ſupra diſp.* 2. & *diſp.* 1. *dub.* 3. §. *dicimus primò*, ſed in cauſis civilibus Epiſcopus procedit ſine Adjunctis, *ut probatur ſatis in qu.* 18. & in pertinentibus ad forum conſcientiæ, & pœnitentiæ *dec.* Rotæ 740. *num.* 4. *par.* 1. *diverſ.* Ergo, excommunicatione ligatus Capitularis propter cauſam civilem, vel per viam fori pœnitentialis ab Epiſcopo ſolo poterit abſol-
vi, maximè cùm abſolutio † reo diſpoſito, & diſpoſitio- 5
nem offerenti denegari non debeat, *c. qua fronte de appell.* & facilius & generalius detur abſolvendi poteſtas, *ut colligi poteſt ex c. cum illorum de ſent. excomm.* & ex his quæ tradit Suarez *ſupra diſp.* 7. *ſect.* 4. *num.* 7.

Pro plena huius quæſtionis notitia obſervandum eſt;
triplex forum eſſe † conſcientiæ, pœnitentiæ, & conten- 6
tionis, illa prima fora conſcientiæ & pœnitentiæ proponuntur à Navarro *conſ.* 11. *num.* 2. *de privileg.* omnia iſta fora declarantur à Præpoſito *in cap. præterea* 12. *num.* 5. *de ſponſalibus*, Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 34. *nu.* 29. & prædictam diſtinctionem præ aliis, declarat Valerius Cartuxianus *de differentiis utriuſque fori in prælud. num.* 2.

Ex qua diſtinctione colligitur primò abſolutum in foro conſcientiæ, vel pœnitentiæ à judice contentioſo non haberi pro abſoluto in foro exteriori, ſed abſolutione non obſtanti poſſe procedere ad injungendam pœnitentiam, ſeu pœnam publicam, & ad declarandum abſolutionem interceſſiſſe, licet non ad iterandam abſolutionem, ut proſequitur Suarez *ſupra diſp.* 7. *ſect.* 5. *num.* 29. Navarrus *dict. conſ.* 11. quippè cum fori ſint diverſi, *cap. quicumque*, 17. *qu.*
4. quomodo autem † conſtare debeat de abſolutione data 7
in foro interiori, idem declarat Suarez *d. ſect.* 5. *num.* 25. 26. & 27.

Secundò colligitur abſolutionem ab excommunicatione
poſſe dari in foro † conſcientiæ, cum neceſſario non re- 8
quirat ſacramentum pœnitentiæ, ut adſeverat Navar. *d. n.* 2. & probatur primò, quia Vicarius Epiſcopi qui minores dumtaxat ordines eſt adeptus poteſt excommunicare, & abſolvere *gloſ. verbo presbyter in c. canonica* 50. *de ſenten. excom.* S. Thom. *lib.* 4. *ſenten. diſt.* 18. *qu.* 2. *art.* 2. Navar. *dict. num.* 2. & *in Manuali cap.* 27. *num.* 41. Avila *de cenſur.* & plu-
res ab eo relati *par.* 1. *dub.* 6. *concl.* 3. Secundò, quia † in 9
Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reform. in genere*. Epiſcopis permiſſa eſt facultas abſolvendi cum ea limitatione, ut intra diœceſim abſolvant, quæ facultas extenditur ad abſolutionem, quæ poteſt dari ſubdito extra diœceſim commoranti, ut Sacra Congregatio declaravit, cuius declarationis copia refertur à Farin. *ſuper d. cap.* 6. *verſ. diſpenſare*, & Marcilla *lib.* 3. *tit.* 9. *cap.* 30. & probat Suarez *ſupra diſput.* 41. *ſect.* 2. *num.* 11. clarum eſt, quod ibi non agitur de
abſolutione † ſacramentali, quia agitur de abſolutione 10
concedenda abſenti, & abſolutio ſacramentalis eſt prohibita dari abſenti, vel per nuntium, vel per epiſtolam, vel per decretum, non ſolùm de jure antiquo, *cap. quem pœnitet de pœnit. diſt.* 1. Sed & de iure noviori, *ut conſtat ex recentiſſimo decreto Clementis VIII.* cujus copia refertur à Piaſetio *in praxi Epiſc. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. *caſu* 41. & in Bullario *par.* 3. *conſt.* 87.

Formam autem hujuſmodi † abſolutionis dandæ in fo- 11

ro conſcientiæ, ſed extra ſacramentalem confeſſionem, requirere apud Cæſarem Madium *de ſacris ordinibus cap.* 9. *num.* 3.

12 Advertendum tamen eſt quod *in d. cap.* 6. *ſeſſ.* 24. † *de reform. in genere*, non ſolùm conceditur facultas abſolvendi in foro conſcientiæ, ſed & in foro pœnitentiæ. Mentio autem ideò fit fori conſcientiæ, ut excludatur forus exterior contentioſus, ut declarat Covar. *in cap. alma mater* 1. *par.* §. 11. *num.* 6. Henriquez *in ſumma de irregular. cap.* 13. §. 2. *litera O*, Rodericus *in qu. regular. tom.* 1. *quæſt.* 61. *art.* 10. Navar. *d. conſ.* 11. *num.* 2. Valerius *in præfatione de differentiis utriuſque fori num.* 2.

13 Secundò obſervandum eſt imperium † dividi in merum & mixtum illud pertinet ad cauſas criminales, iſtud ad cauſas civiles, quod etiam iuriſdictio appellatur, *l.* 3. *ff. de iuriſd. omn. iud.* quam optimè declarant Quintana Duennas *de iuriſdict. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 10. Germonius *de ſacror. immu. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 1. & 1. *animad. cap.* 19. Caval. *de brachio regio par.* 1. *num.* 151. Marta *de iuriſd. part.* 1. *cap.* 8.
14 *num.* 6. & 7. Excommunicatio † modò pro cauſis meri imperii, modò pro cauſis mixti imperii fulminatur, ut diximus ſupra in fundamento huius quæſtionis, & tradit Menoch. *de arbitr. caſu* 438. *num.* 36. Sbrozius *de offic. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 168. *num.* 8. & *eodem lib.* 2. *qu.* 56. *num.* 2. & 6. Verum eſt quod excommunicatio eſt meri imperii regulariter, ſecundùm Innocen. *in cap. tranſmiſſam de elect.* Spec. *de iuriſdiction. omn. iud. c. quod ſedes & c. paſtoralis*, & utrobique Panorm. *de offic. ordin.* quos refert & ſequitur Vivius *deciſ.* 93. *num.* 2.

15 His ſuppoſitis, non obſtat propoſita dubitandi ratio † cui reſpondeo, quod in cauſis criminalibus criminaliter intentatis, Epiſcopus debet procedere de conſilio & aſſenſu adiunctorum contra Capitulares vel dignitates, *ut in d. cap.* 6. unde licèt cauſa civilis habeat annexam cauſam criminalem incidenter, ut in caſu propoſito à Mareſcoto *var.* 2. *cap.* 35. *num.* 78. Epiſcopus procedit omnimode, ſicut ſi cauſa ſit criminalis, quæ incidenter ſecum trahit cauſam civilem, Epiſcopus expectare debet ſuorum adiunctorum conſilium, & aſſenſum, *ut dicemus ſub divinis auſpiciis infra in quæſt.* 18. Quod ſi huiuſmodi Adiunctorum iuriſdictio delegata cenſetur, ut tradita per Gratianum *diſcept. forenſ. cap.* 100. *num.* 49. & *ad ea quæ diximus ſupra qu.* 4. *in fine*,
16 rectius procedit doctrina iſta, nam delegatus † in cauſis criminalibus non obtinet aliquam poteſtatem, ſi civiliter ſunt tractandæ, Rota *dec.* 19. *de iudiciis in antiquis*, quam ſequitur Felin. *in cap. meminimus num.* 11. *de accuſ.* & Rota *deciſ.* 10. *de appell. in antiquioribus*, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *caſu* 82. *num.* 3. & 4. Si verò ſit cauſa criminalis criminaliter intentata, ſicut & excommunicandi poteſtas pertinet ad Adiunctos cum Epiſcopo, ſic & poteſtas abſolvendi, *l.* 3. *ff. de iuriſd.* cum latiſſimè adductis per Menochium *de arbi-*
17 *trar. lib.* 1. *quæſt.* 43. Dixi cauſam criminalem † criminaliter intentatam, primò quia & Concilium *in dict. cap.* 6. loquitur de crimine, ut colligitur *ex d. cap.* 6. per argumentum ab ſpeciali, ibi: In criminibus tamen, & *probo infra quæſt.*
18 18. *fundam.* 1. Secundò, ut † diſtinguam crimen à delicto, & peccato, nam delictum eſt boni derelictio, peccatum pravus actus, ſed crimen eſt peccatum accuſatione, & damnatione dignum, ut obſervat ex D. Auguſtino *relalato in cap.* 1. *diſt.* 18. *gloſ. ſchol.* 1. *in cap.* 1. *de reg. iur. in* 6. *in cap. ſi peccatum* 82. *de pœniten. diſt.* 1. Maiolus *de irregular.*
19 *lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 4. Verum eſt quod † hæc quandoque confunduntur, & promiſcuo nomine ſignificantur *gloſ. verbo nomine in cap. unum orarium diſt.* 25. & ſic argumento reſpondetur breviter, quod excommunicatio imponitur, non ſolùm propter crimina, ſed & propter alias cauſas, quæ ad forum contentioſum, non deducuntur, *ut ſupra ſatis in hac eadem quæſtione, num.* 2. Ex ſupradictis declarata manet conſtitutio Eccleſiæ Valentin. *de iuriſdictione in Canonicos, fol.* 15. in illis verbis: De & ſuper quocumque crimine, vel delicto criminaliter, aut civiliter *latius infra q.* 24. *num.* 25. & *q.* 25. *num.* 19.

Omnia hactenus ediſerta intelligo in foro exteriori, nam in interiori arbitror, ſolum Epiſcopum poſſe abſolvere.

Quod confirmo hoc exemplo. Inquiſitorum iuriſdictio in abſolvendo ab hæreſi non in quolibet inquiſitore, ſed in toto conceſſu eſt, & tamen unus ſolus in foro interno abſolvere poteſt, ut latius reſolvit Sanchez *in decalogo lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 2. & 4. Villalobos *in ſum. vol.* 2. *tract.* 1. *dif.* 12. *n.* 7. recentiſſimè & doctiſſimè P. Blaſius de Baylo è Societate Jeſu *ad Bullam Cruciatæ diſp.* 9. *dub.* 6.

SVMMARIVM.

PRoceſſus informativus, vel defenſivus eſt de ſubſtantia iudicii criminalis, num. 1.
Adiunctorum conſilium, & aſſenſus non eſt neceſſarius ad morum emendationem, num. 2
Citatio ſupponit ſubiectionem, monitio non item, num. 3.
Intimatio eſt pars iudicii, num. 4.
Monitio habet vim citationis, num. 5.
Præceptum importat monitionem, num. 6.
Proceſſus appellatione intelligitur prima citatio, num. 7.
Citatio ſucceſſit in locum vocationis in ius, num. 8.
Adiunctio facit iudicium neceſſario communicabile, num. 9.
Intellectus cap. 14. *ſeſſ.* 25. *Concilii Trid. num.* 10. 12. 13.
Carnis delictum quando præſumatur, num. 11.
Monitio eſt facienda in ſpecie non in genere, num. 12.
Monitio poteſt fieri per verba reprehenſiva, num. 13.
Monitio duplex requiritur in diſpoſitionibus negativis, num. 14.
Monitio triplex requirit contra Clericum negotiatorem, nu. 15.
Monitio quomodo conſtare debeat, num. 16.
Monitio urbana, num. 17.
Correctio quomodo conſtet, num. 18.
Monitio alia iudicialis, alia denunciativa, num. 19.
Capituli ſcientia requiritur ad acquirendam quaſi poſſeſſionem contra illud in incorporalibus, num. 20.
Capitulo non nocet officialium ſcientia, num. 21.
Monitio ſpecialis, an hodie ſit neceſſaria, num. 22.
Monitio Synodalis habet vim trinæ monitionis, num. 23,
Monitio ſpecialis requiritur in hoc Archiepiſcopatu præter Synodalem minitionem, num. 24.

QUÆSTIO DECIMASEXTA.

An Epiſcopus ſine Adjunctis poſſit monere Capitulares, ut à ſuſpectarum mulierum conſortio abſtineant?

IN qua difficultate videtur dicendum, quod Epiſcopus, non tenetur in monitione, expectare Adiunctorum Conſilium, vel aſſenſum, quia prædicti conſulere, vel aſ-
ſentire poſſunt in proceſſu, † vel informativo, vel defenſi- 1
vo, qui eſt de ſubſtantia iudicii criminalis, ad latè tradita per Cavalcanum *de brachio regio par.* 1. *nu.* 187. cum pluribus ab eodem relatis.

Per monitionem Epiſcopi in hoc caſu nulla ſequitur informatio, nulla defenſio, quia non omnis vox iudicis authoritatem iudiciati continet, *l. ex ſtipulatu* 7. *C. de ſenten. & interlocut. omn. iud.* Ergo, ſolus Epiſcopus monere poterit.
Confirmatur conſequentia, quia Epiſcopus non tenetur † 2
de conſilio, vel aſſenſu Adiunctorum mores emendare Capitularium, ſi modò ad punitionem non procedat, *ut in dec.* 740. *num.* 4. *p.* 1. *diverſ.* ſicque Sacram Congregationem declaraſſe refert Farin. *ad d. cap.* 6. *verſ. quando Epiſcopus*, §. *ad* 2. & §. *ad* 3. Marcilla *lib.* 4. *tit.* 7. *c.* 20 *litera L*, Confirmatur
& alio modo. Nam citatio † ſubiectionem, monitio, non 3
ita, Faber *in C. lib.* 3. *tit.* 12. *diffinitione* 23. *num.* 5. Confir-
matur † etiam, quia intimatio non eſt pars iudicii, vel 4
actorum, *l. item veniunt* §. *ſi petitam ff. de pet. hæred.* Felin. *in c. fin. n.* 2. *de foro compet.* Zevallos *qu.* 898. *num.* 33.

In contrarium verò, quod huiuſmodi monitio prohibeatur ab Epiſcopo fieri independenter nullius ſpectato vel
conſilio, vel aſſenſu, videtur probari, quia monitio † 5
habet vim citationis, ut de monitionibus cum clauſula, *ſi quas cauſas*, quæ reſolvuntur in vim ſimplicis citationis, probat Verallus *deciſ.* 229. *par.* 2. *num.* 2. Tuſchus *litera M*, *concl.* 346. *num.* 7. nam & monitio importat præceptum *cap.* 1. *diſt.* 38. Oldrad. *conſ.* 80. & præceptum importat moni-
tionem † Federicus *conſ.* 109. *num.* 2. *verſ. præterea*, & 6

min. *in cap. 1. de temporib. ordin. in 6. fallentia 6.* quem ſequitur Rodericus *de Regular. tom. 1. quæſt. 1. art. 3.* idemque tenuit Navar. *in cap. nullam 18. quæſt. 2. à num.* 40. ubi probat monachos diſtingui à Canonicis regularibus, nam iſtorum vita laxior eſt, *cap. quod Dei timorem de ſtatu monach.* S. Thom. 2. 2. *qu.* 189. *art.* 8. *ad* 2. Decius *cap. Nicolao num. 20. de appell.* Navar. *commentar. 4. de regular. num. 1.* Valenzuela *conſ. 43. num. 40.* licet leges diſponentes de monachis habeant locum in Canonicis regularibus circa concernentia religionem in genere, dum non contineant aliqua verba excludentia Canonicos, & juxta hunc ſenſum Canonici regulares patrini eſſe prohibentur *in cap. non liceat* 103. *de conſecr. diſt. 4. & poſtulare in cap. 2. de poſtul.* Navar. *lib. 3. conſ. 10. de ſtatu monachorum.*

Quod ſi prædicta lector obſervandi tibi ſatis non fecerint copioſius tam argumenta, quàm fundamenta fortaſſe invenies *in deciſ. Cæſarauguſt. exemptionis de anno* 1587. & 1588. *par. 1. recentiſſim.* Farinac. *deciſ.* 15. & 17. & *deciſ.* 20.

Ex diſputatione hujus quæſtionis naſcuntur conjecturæ ad reſolutionem illius, quæ mota fuit in Monaſterio Canonicorum regularium civitatis Bilbilitanæ de Menſe Au-
32 guſti, & de anno CIↃ.IↃ.C.XXI. An novitii † à Capitulo admiſſi ad activam vocem ibidem præſtandam, ſic debeant ad novam Canonicorum electionem vocari, ut facta electio, ipſis non vocatis, ſit nulla?

Vocationis omiſſione, electionem irritam non manere videbatur dicendum juxta ſententiam D.D. Gaſparis Arias de Raynoſo Capitularis in hac alma Sede Cæſarauguſtan. Orthodoxæ fidei conſulti, viri omnium bonarum artium cognitione, & maximè juriſprudentia inſignis, judicandi munere expertiſſimi & ingenii perſpicacitate, & fœcunditate celeberrimi, cui ſubſcripſerunt, & alii peritiſ-
33 ſimi Doctores. Moveri potuerunt † præfati authoritate textus *in cap. indemnitatibus 43. & maximè in cap. ex eo 32. §. 1. de elect. in 6. ubi hæc verba*: In Eccleſiis quoque regularibus, vel Monaſteriis hi qui non ſunt tacitè, vel expreſsè profeſſi non debent cum profeſſis electionibus intereſſe, Confirmatur fundamentum & hoc exemplo, nam ſtatu liber medio tempore liber non eſt, *l. ſtatu liberum 9. ff. de ſtat. liber. l. qui de libertate 29. ff. de liberal. cauſ.*

Sed eis non vocatis, electionem aliorum factam nullam eſſe argumento ſint tradita ſupra *num. 2. cum 9. ſequentibus*, quatenus docuimus, ibi regulares Canonicos eiſdem regulis, ac ſæculares cenſeri, & diverſis à cæteris Monachis, *ut num.* 31. & probat noviſſimè Campanil *in diverſorio iuris Canonici rub. 12. cap. 1. num. 3.* Hæc ſententia probatur & ex ſequentibus, quia ſicut Canonici novitii de diſtributionibus, Veſtuario, & aliis fructibus profeſſorum participant, nulla eis obſtante incapacitate, ſic &
34 vocis † ad eligendum participes eſſe poſſunt, cum & inter fructus Canonicales vox computetur, *gloſ. verſ. Capitulo in cap. cum olim de maior. & obed.* Fabrit. *in praxi de iure-patr. lib. 1. tit. 11. num. 2.* Greg. Tholoſ. *de inſtit. rei benef. cap. 15. num. fin.* Campanil *ſupra rub. 12. cap. 3. num.* 8.
35 Secundò quia † non eſt novum, ut ſi perſonæ quibus de jure non competit intereſſe electionibus ad interveniendum fuerint admiſſæ & poſtea non vocentur, irrita maneat electio, text. optimus *in cap. Cumana 50. cap. in geneſi, 55. extra de elect. cap. cum Eccleſ. Sutrina de cauſ. poſſeſ.* pondero ad hoc text. *in cap. cum cauſam 27. de elect.* ubi cum quidam non profeſſus in Prælatum regularem fuiſſet electus Rom. Pont. quoad electum, irritatur electio ob non profeſſionem, de electoribus verò, qui nec erant profeſſi nihil dicitur, ſed in futurum cavetur, ut aut profiteantur, aut Eccleſiam dimittant.

Tertiò quia in *d. cap. ex eo, §. in Eccleſiis de elect. in 6.*
36 Doctores † noſtri diſpoſitionem illius textus intelligunt, niſi Novitii admittantur de gratia, Archidiaconus *ibidem verſ. cum profeſſis*, Anchar. *num.* 3. ubi Franc. *num.* 4. & Gemin. *num.* 1. Sed limitant modò Novitii ſint in ſacris ordinibus conſtituti, ab illorum opinione non diſcedit Innoc. *in cap. 2. de ætat. & qualit. ſchol. 1.* docens pueros non poſſe admitti ad vocem in Capitulo prius quàm profiteatur, vel veniant ad tempus quo profiteri poſſunt, quaſi inſinuet non tam profeſſionem, quàm maturitatem judicii attendi ad vocem in Capitulo. Nec diſcedit Panor. *in cap. in Geneſi num. 5. de elect.* notans ſolam Canonicatus poſſeſſionem tribuere facultatem dandi vocem in Capitulo ei qui non habet Canonicatus proprietatem. Prædictorum intelligentiam & ſequitur, & exornat latius Mandagotus *de elect. Prælat. cap. 8. tom. 15. par. 1. tract. fol.* 411. ubi caſum noſtrum omnino reſolvit. Poſtea & ad hoc ponderati præter ponderatos *ſupra ex text. in cap. cauſam, 8. de elect. in antiq.* ubi non novitius, ſed ſæcularis Epiſcopus & ſolus Monialibus quibuſdam Præpoſitam elegit ex gratia ab illis ipſi Epiſcopo conceſſa.

Quartò, quia in hoc Monaſterio Bilbilitano eligentium numerus ad eam paucitatem pervenit, ut Novitii † ab 37
uno dumtaxat fuerint electi, ſed profeſſo Canonico, cui adjectus eſt Prior ejuſdem Monaſterii ſæcularis. Ut ſincerius eligentium judicium procedat plurimorum ſententiis confirmatum *cap. prudentiam 21. de offic. deleg.* non admittendi admittuntur in electionibus regularium atteſtanti Panormitano *conſ. 25. 2. par. num. 2.* quem ſequitur Tuſchus *in concl. pract. lit. E, concl. 69. num. 11.*

Quintò, hoc exemplo fulcita manet poſterior ſententia, nam coadjutores qui vivis coadiutis, ſic alieni ſunt à Canonicali jure, *ut probabo infra qu. 29. à num. 25.* Si tamen ad Canonicatus jura fuerint admiſſi ſemel, redintegrantur, ſi deinde non admittantur, *ut & probo in dict. quæſt. 29. num. 6. 9. & 45.* Quæ enim fuit ab initio voluntas ex poſt facto redditur neceſſitas, *l. ſicut C. de oblig. & action.*

Non obſtat *text. in d. cap. ex eo, §. fin.* quia licèt ibi præcipiatur Canonicos Novitios non admitti ad activam electionis vocem, non tamen irritatur electio ab eis facta, ut irritatur paſſiva † Novitiorum electio ad Prælaturam 38
in cap. nullus, 28. eod. tit. de elect. in 6. & hoc procedit ſecundum legitimam diſpoſitionem, quia † ex ſola rei natura 39
lex purè prohibens non irritat actum, niſi alio modo talis effectus, ſeu intentio legislatoris ſufficienter declaretur Innoc. *in cap. ſi verè de ſent. excom.* Felin. *in cap. 2. num. 5. de conſtit.* Suarez *de legib. lib. 5. cap. 25. num. 22.*

Unde licet ſit prohibita admiſſio Novitiorum ad eligendum activè, ſemel tamen facta admiſſio tenet iuxta illud axioma, etiam inter regulares receptum, quod multa in iure † fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent, *c. ad* 40
Apoſtolicam de regular. c. penult. eod. tit. in 6. ubi is qui vovit in ſtrictiori regula profiteri, ſi in laxiori profiteatur, profeſſio valet, licet teneretur profiteri in ſtrictiori, *cap. unico de voto in 6.* ubi prohibitus uxorem ducere propter votum ſimplex caſtitatis, ſi ducat, perſeverare tenetur, plures caſus proſequitur Porteles ad Molin. *4. p. verbo Rex à num. 85. pag.* 309.

Non obſtat text. *in dict. l. ſtatu liberum, & in dict. l. qui de libertate*, quia reſpondet Azor. *par. 1. inſtit. moral. dub. 12. cap. 3. quæſt. 2.* Novitium † cum eo qui dubiam liberta- 41
tem habet non eſſe comparandum, nam Novitius gaudet privilegiis religionum *cap. religioſo de ſenten. excom. in 6.* Campanil *in diverſ. iuris canon. rub. 12. cap. 3. num. 25.*

S V M M A R I V M.

Omiſſio nominationis Adiunctorum in initio anni omnimodam iuriſdictionem non præbet Epiſcopo qui non monuit, num. 1.

Adiunctorum nominatio in Sede Cæſarauguſtana ſit toties quoties opus fuerit, num. 2.

Monitio ubi requiritur intelligitur de duplici monitione, num. 3.

QUÆSTIO DECIMATERTIA.

An Epiſcopus poſſit omnimodè procedere, ſi Capitulum in initio anni Conjudices non elegit?

IN hac quæſtione reſolutivè affirmandum eſt, ita demum Epiſcopum omnimodè poſſe procedere contra Ca-

pitulares, ſi Capitulum coniudices non elegit, qui Epiſco-
1 po conſulerent, & aſſiderent, & Epiſcopi monitio † præceſſiſſet pro huiuſmodi nominatione, ſeu electione, ſicque fuiſſe reſponſum à Sacra Congregatione Trident. Epiſcopo Gerunden. his verbis: Piaſetius *in praxi Epiſcopali par. 2. cap. 2. num. 9.* ſcriptum reliquit Congregatio Concilii cenſuit debuiſſe Canonicos, & debere in principio anni eligere illos duos, ſi id non fecerint Epiſcopum poſſe procedere, & ita referendum Sanctiſſimo. Sanctiſſimus audita relatione Congregationis dixit reſcribendum Epiſcopo, pro ut Congregatio cenſuit, hoc addito, ut antea Capitulum moneat, ſi à principio anni non eligant ſe ſolum eam iuriſdictionem exerciturum, non admiſſa electione quam poſtea fecerint.
2 In hac autem Metropolitana Sede † non eſt neceſſaria electio Coniudicum in initio anni, ſed toties quoties opus fuerit, ut *in Bulla Clementis VIII. de qua ſupra qu. 1. num. 76.*
3 Circa monitionem † tamen advertendum eſt, quod & advertit Tuſchus *littera M, concluſ.* 347. quod ubi lex requirit monitionem, duplex monitio deſideratur, *de hac monitione dicam nonnulla infra quæſt. 16.* idem de interpellationibus Iudaici faciendis docet Cacheran. *deciſ. 12. & ſupra quæſt. 5. num. 12.*

S V M M A R I V M.

Vicarius Epiſcopi non procedit contra perſonas illuſtres, num. 1.

Vicarius & Epiſcopus in multis non cenſentur pro uno, num. 2. 3. 4.

Induſtria electa, cenſetur prohibita delegatio, num. 5.

Vicarii Epiſcoporum non poſſunt viſitare Capitulum, num. 6.

Vicarius Epiſcopi procedit contra Capitulares, num. 7.

Vicarius Archiepiſcopi procedebat contra Epiſcopum, ſed non ſemper, num. 8.

Vicarii & Epiſcopi unum eſt Tribunal, num. 9.

Auguſta radiis coruſcat Auguſti, num. 10.

Vicarius venit nomine Epiſcopi, num. 11.

Vicarius non excluditur à competentibus Epiſcopo, niſi exprimatur, num. 12.

Lex non extenditur ad expreſsè prohibita, num. 13.

Intellectus cap. 4. ſeſſ. 6. de reform. num. 14.

QUÆSTIO DECIMAQUARTA.

An Epiſcopus non etiam ejus Vicarius poſſit procedere contra Capitulares?

NEgativa videtur probari ex ſequentibus ex text. *in cap. 1. §. Officiales de offic. ord. in 6.* cuius text. authoritate Jaſon *in l. Prætor. ait num. 6. ff. de in ius vocando*, quem ſequitur Sbrozius *de offic. Vicar. lib. 2. quæſt. 58. num. 2.* do-
1 cet † Epiſcopum non etiam eius Vicarium iuriſdictionem exercere poſſe contra perſonas Illuſtres, ſed Capitulares pro perſonis Illuſtribus reputantur, *ut ſupra ſatis probavimus quæſt. 1. fundam. 13. & in canonicali 6. par. cap. 2.* ergo Vicarius Epiſcopi contra illos non poterit procedere.

Confirmatur primò nam in his quæ competunt Epiſco-
2 po de iure ſpeciali, Epiſcopus, & eius Vicarius † non cenſentur pro uno & eodem, ſicut nec Epiſcopus & Capitulum, licet aliàs conſtituant unum corpus, *cap. novit de his quæ fiunt à Prælat.* tamen in cauſis iure privato ad Epiſcopum ſpectantibus unum & idem corpus conſtituere haud cenſentur, Panor. *in d. cap. cum olim num. 5. dubitat. 5. de offic. deleg.* ſicut nec delegata iuriſdictio Epiſcopo mandata in eius Vicarium generalem tranſit, Felin. *in cap. eam te num. 17. de reſcript.* Decius *in cap. quoniam Abbas nu. 15. de offic. deleg.* Roland. *conſ. 39. num. 18. vol. 1.* ergo & idem erit dicendum, & circa Epiſcopo permiſſa, ut non poſſit procedere cum adiunctorum conſilio & aſſenſu contra Capitulares.

Secundò confirmatur nam poteſtas data à Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 6. de reform.* eſt indulgentia & præeminentia, ut qui alias talem non habebat poteſtatem contra Capitulares authoritate Concilii cum illa limitatione exercere valeat, *ut conſtat ex d. cap. 6. §. hæc autem omnia*, ſed in præeminentia cum tertii † præjudicio, quoad judiciaria, & 3
actum judicandi Vicarius & Epiſcopus unum & idem Tribunal non conſtituunt, Rota *deciſ. 7. num. 2. de offic. Vicar. in novis*, reſolvit Picardus apud Menochium *conſ. 52. num. 108. & 166.* & faciunt quæ de tranſmiſſione primogenituræ, diſputat Joannes Lecirier *lib. 3. qu. 1.*

Tertiò confirmatur, nam Epiſcopo committitur cognitio in criminalibus contra Capitulares, quæ res ardua eſt, & graviſſima, *ut probavimus qu. 1. fundam.* 4. Sed cum gravia † & ardua mandantur cenſetur, electa induſtria per- 4
ſonæ, Menoch. *conſ. 69. num. 58. & lib. 1. de arbitr. qu. 68. num. 15.* poſt Jaſon *in l. more num. 65. limit. 5. de iuriſdict. omn. iud. & in l. à iudice limit. 13. C. de iudic.* Dec. *in l. 1. nu. 28. de offic. eius*, Cravet. *conſ. 303. num. 3.* & per † conſe- 5
quens electus propter ſuam induſtriam prohibetur mandare id ad quod fuit electus, *l. inter artifices 31. ff. de ſolution. cap. fin. §. penult. de offic. deleg.*

Quartò confirmatur, nam hoc videtur deciſum † à ſa- 6
cra Congregatione Trident. ut referunt Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſt. par. 1. cap. 10. num. 12.* Marin. Ant. *lib. 1. var. cap. 117. num.* 5. pro qua confirmatione facit text. *in cap. 3. ſeſſ. 24. de reform. in gener.* ubi facultas conceſſa Epiſcopis in viſitando non cenſetur eorum Vicariis permiſſa, niſi Epiſcopi fuerint impediti. Item quia in *in d. cap. 6. ſeſſ. 25. qui text. ſeſe refert ad cap. 4. ſeſſ. 6. de reform.* Cardinales declararunt facultatem conceſſam Epiſcopis non etiam eſſe conceſſam eorum Vicariis, de qua declaratione teſtimonium perhibent Farin. *ibi verſ. à ſuis Epiſcopis*, & Marcilla *lib. 4. tit. 7. cap. 2. litt. K*, ergo negativè in hac quæſtione eſt procedendum, quia relatum eſt in referente *ad text. in l. à ſe toto ff. de hæred. inſtit. Auth. ſi quis in C. de edendo deciſ. 27. num. 3. & dec. 40. num. 2. p. 2. diverſ.*

Contraria tamen ſententia, quæ verior eſt, probatur ex ſequentibus, primò *ex text.* † *in d. cap. 6. ſeſſ. 25. de re-* 7
form. in illis verbis: *De quorum conſilio, & aſſenſu Epiſcopus, vel eius Vicarius, tam in formando proceſſum, quàm in cæteris omnibus actibus procedere teneatur.* Qua de re deciſio Rotæ extat *par. 1. diverſ. deciſ. 743. num. 5. & deciſ. 321. par. 2. diverſ.* ubi refertur Congregationis Concilii declaratio, & per argumentum † ab ſpeciali colligitur ex 8
text. *in cap. 1. §. Officiales de offic. ord. in 6.* ubi Vicarius Archiepiſcopi procedere prohibetur contra Epiſcopos, quibus propter reverentiam Pontificalis officii deferendum eſt. Et confirmatur ſecundò, quia † Epiſcopi, & ejus 9
Vicarii Tribunal unum & idem eſt *cap. non putamus de conſuetud. lib. 6. cap. Romana de appell. eodem libro l. 2. C. de offic. eius qui vicem alterius gerit*, proſequitur Covar. *pract. cap. 4. num. 4.* Rolandus à Valle *conſ. 86. num. 33. vol. 1.* Sbrozius *de Vicar. Epiſcopi lib. 2. qu. 57.* & ſicut Auguſta † radiis cor- 10
ruſcat Auguſti, ſic & Vicarius Epiſcopi ſui radiis decoratur, Panormit. *in cap. quoniam Abbas num. 11. de offic. deleg.* Cardinalis *in Clemen. 2. num. 22. de reſcript.* quos refert & ſequitur Sbrozius *de Vicario Epiſcopi lib. 2. qu. 1. num. 1.* Unde non immerito hanc ſententiam quaſi certiſſimam præſupponit Joannes Picardus Canonicus apud Menochium *conſ. 52. lib. 1. num.* 180. Confirmatur † & tertiò quia 11
nomine Epiſcopi cenſetur incluſus, & ejus Vicarius *cap. 2. de offic. Vicar. in 6. cuius textus authoritate hoc ipſum docet gloſ. verbo per Epiſcopos in cap. unico de capell. monach. in 6.* Archidiaconus *in cap. Reatina 63. diſtinct.* quem ſequitur Felinus *in cap. ſi quis contra num. 5. verſ. ſed caſu de foro compet.* Quartò & confirmatur quia quoties Tridentina Synodus vult excludere Vicarium generalem ab Epiſcopo facultatibus conceſſis id expreſſum relinquit. Exemplum ſit in eodem Tridentino *in cap. 6. ſeſſ. 24. de reform. & in hoc cap. 6. ſeſſ. 25. de reform. verſ. Abſente verò*, ibi: *nec ad id Epiſcopi Vicarius admittatur*; & idem eſt de iure communi, ut notat Suarez *de cenſur. diſp. 7. ſect. 3. num. 10. per text. in cap. ultimo de offic. ordin. in 6. & in l. more maiorum, ff. de iuriſ. omn. iud.* Confirmatur † & Quintò quia Vicarii generales Epiſcoporum ſpecialibus gaudent favoribus prærogati-

vis,

Federicus conſ. 30. verſ. ſpeciale eſt, quem ſequitur Felinus in c. eam te, num. 13. & probatur ex eo, quia Vicarius generalis Epiſcopi non poteſt abſolvere à caſibus Epiſcopo reſervatis, Navar. in Manuali c. 27. à num. 256. Garcia de benef. 5. par. cap. 7. num. 72. & tamen Vicarii generales Capituli Sede vacante abſolvere poſſunt, Felin. d. n. 13. Garcia d. num. 72. ergo, & poſſunt exercere Epiſcopis permiſſa in d. cap. 6.

17 Quartò, quia valet argumentum † de Collegio Cardinalium ſede Apoſtolica Paſtore deſtituta, ad Capitulum Canonicorum ſede vacante ex rationibus conſideratis ſupra qu. 1. fundam. 13. num. 30. Sed Collegium Cardinalium di-
18 ſpenſare poteſt † in his caſibus qui à Romani Pontificis diſpenſatione pendent, ut per argumentum ab ſpeciali colligitur ex cap. unico, ibi: Non poſſit abſolvi, neque etiam per Collegium Apoſtolicæ ſedis eadem ſede vacante de ſciſmaticis lib. 6. ex tex. in cap. licèt 6. extra de elect. ibi: Abſque ulla exceptione, gloſ. ver. non Apoſtolicus in cap. ſi quis pecunia diſt. 79. docet Jacobatius de conciliis lib. 8. art. 9. & ex multis reſolvit Majol. de irregular. lib. 2. cap. 4. num. 3. Suarez nobis in iſto non contrarius diſp. 41. ſect. 2. num. 14. de cenſuris, quidquid contra ſentiant Capytius deciſ. 141. ergo, & Capitulum Sede vacante poterit occurrere caſibus in utroque c. 6. Epiſcoporum prudentiæ relictis. Argumentis contra hanc partem adductis infra fiet ſatis, num. 30.

Secundò noſtra ſententia confirmatur, ex traditis à Doctoribus Panor. in cap. cum olim qu. 13. de maior. & obed. Pavin. de poteſt. Capituli par. 1. qu. 7. in fine, quem ſequitur
19 Quaranta d. §. quibus ſic prælibatis qu. 1. Quod quando † eſt neceſſaria aliqua diſpenſatio, Capitulum Sede vacante in caſibus ſpecialiter permiſſis Epiſcopis poteſt diſpenſare, tunc autem dicitur neceſſaria diſpenſatio, quando Clericus diſpoſitus, ſeu ſuſpenſus eſſet populo neceſſarius, quod præſumitur ſi populus pro diſpenſatione inſtaret, cap. domino ſancto, ubi gloſ. verbo neceſſe 50. diſt. Pan. in cap. 4. §. 1. num. 20. de iud. ubi Dec. num. 24. Sahagum num. 73. faciunt tradita à Maiolo lib. 3. cap. 22. num. 4. de irregular. quia Ca-
20 pitulum † ſuccedit in iuriſdictione neceſſaria, iuxta doctrinam gloſſæ ver. Capituli in Clem. 1. §. 1. de hæret. quam ſequitur Panor. in cap. fraternitatis num. 6. de Cler. non reſid. Sahagum in d. §. 1. nu. 64. Sed iuriſdictio contentioſa, quæ pertinet tam ad cauſas civiles, quàm criminales eſt maximè neceſſaria gloſ. 1. in l. 2. de offic. proconſul. quam latius declarat Quintana Duennas lib. 1. de iuriſd. tit. 2. Marta eodem tit. par. 1. cap. 8. num. 7. Suarez ſupra diſput. 41. ſect. 2. num. 1. & 10. quia reipublicæ intereſt, ne delicta maneant impunita, l. congruit de offic. præſid. & redditur in invitum, l. inter ſtipulantem, 83. §. 1. ff. de verb. ergo, Capitulum ſuccedit in hoc ius ſpeciale concordandi Epiſcopum & Adiunctos.

Tertiò confirmatur noſtra principalis ſententia, quia ubi aliquid in Tridentino delegatur, quod aliàs compete-
21 bat Epiſcopis † tamquam ordinariis non propterea excluduntur Prælati inferiores, ut in caſu c. 7. ſeſſ. 7. de reform. Competit ordinariis iuriſdictio compellendi etiam exemptos, ut cura animarum laudabiliter exerceatur, hæc ipſa iuriſdictio conceditur Epiſcopis tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis in c. 8. ſeſſ. 7. & in c. 9. ſeſſ. 24. de reform. non pro-
22 pterea excluduntur Prælati inferiores ordinariam, vel quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem exercentes, ut Sacræ Congregationis teſtimonio deciſum reliquit Siptius in una Piſcien. nullius iuriſdictionis cuius copia eſt apud Farinac.
23 deciſ. 798. in recollect. civilib. Ideò enim † additur illa clauſula etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, ut Epiſcopus munus ſibi injunctum majori ſtudio, ac diligentia exequatur, non ut abroget juriſdictionem ordinariam, Zerola in praxi verbo viſitatio in addit. §. 3. Sanchez d. lib. 8. diſp. 2. num. 10. quod confirmatur eo exemplo, nam in Tridentino ſeſſ. 22. de reform. cap. 8. præcipitur Epiſcopis tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, ut teſtantium voluntates exequantur, quod & de iure communi competebat cap. 3. de te-
24 ſtamen. Ideò hæc † poteſtas ſimiliter & competit Capitulo Sede vacante gloſ. verbo Capituli in Clemen. 1. de hæret. quam malè perſpexit Marta de iuriſdict. par. 2. cap. 10. ubi contra hanc ſententiam ſentit, ſed eam ſequuntur Covar. in cap. Joannes nu. 1. & 2. de teſtamen. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 4. lib. 14. gloſ. 1. num. 47. Molina de iuſt. & iur. tom. 1. diſp. 250. Sanchez d. lib. 8. diſp. 2. num. 10.

Sed ea quæ Epiſcopis permittuntur in d. c. 6. ſeſſ. 25. de reform. non ſolùm eis competunt tanquam delegatis, ſed tamquam ordinariis, ut colligit Rota deciſ. 743. n. 2. par. 1. diverſ. ponderando dictionem, † etiam, poſitam in d. cap. 25
4. ſeſſ. 6. ad quod ſe refert iſtud cap. 6. ut ſupra num. 9. Ergo, Capitulum Sede vacante tertium poteſt eligi in diſcordia vicini Epiſcopi, & Adjunctorum. Confirmatur † conſe- 26
quentia, quia appellatione ordinarii maximè venit Capitulum Sede vacante extravag. execrabilis, §. cæterum de præbend. apud Joannem XXII. Imò appellatione Epiſcoporum, & eorum Superiorum, ut in caſu Capituli cum ex eo 34. de electione, in quo licèt Epiſcopis, & eorum Superioribus parochis dare licentiam ſtudendi; quod & licet Capitulo Sede vacante ſecundùm Federicum conſ. 30. quibus ſic jactis fundamentis ante diſſolutionem contrariorum, animadvertere debes id quod de dominis pluribus juriſdictionem pro indiviſo exercentibus, & non concordantibus congerit Peguera deciſ. Cathal. 10. per totam.

Neque obſtat ſupra poſita prima dubitandi ratio cum ſuis exemplis, quibus reſpondetur verum eſſe Capitulum Sede † vacante non ſuccedere in his quæ privilegio, vel 27
commiſſione particulari Epiſcopis delegantur, ſecus verò in his quæ competunt jure communi licèt ſpecialiter, ita Cenedo d. collect. 4. n. 3. Roder. d. art. 9. qu. 61. exemplum ſit in cap. unico, §. cum verò ne Sede vacan. in 6. c. 1. de inſtit. eod. lib. cap. verum 7. extra de foro compet. c. 2. extra ne Sede vacant. In his iuribus ſic privilegiantur Epiſcopi, ut Capitulum Sede vacante excludatur, & juxta hunc ſenſum declaranda ſunt tradita à DD. gloſ. in d. c. verum, à Dyno in reg. 1. num. 21. in 6. Innoc. in cap. 2. de eo qui furtivè. Panor. in d. c. eam te, num. 5. quam doctrinam expreſsè tradit Federicus d. conſ. 291. §. 3. & ſic procedit exemplum Capituli ſi poſt quam 33. de elect. & Clem. attendentes de ſtatu monach. & c. unici de ſtatu regular. in 6. Exemplum † verò de incarcera- 28
tione Canonici, non obſtat, quia locum habet in Eccleſiis Gallicanis ubi non viget Concilium Tridentinum ad tradita per Navar. conſ. 1. n. 29. & 32. de conſt. & inf. n. fi. Neque etiam obſtat exemplum de poteſtate † caſtigandi regula- 29
res extra Monaſterium degentes, quia verius eſt illam poteſtatem tranſire ad Capitulum Sede vacante cùm competat de iure communi, ut in illa deciſ. Cæſaraug. de qua ſupra qu. 12. num. 30. & in deciſ. 743. par. 1. diverſ. num. 2. & 3. & ut diximus ſupra fundam. 1. §. 2. quia Capitulum, quæ competunt Epiſcopis iure communi, vel ut ordinariis & Capitulo Sede vacante competere cenſentur, quia ſunt ordinarii, ut ſupra fundam. 3. in fine.

Neque etiam obſtat exemplum † cap. 6. ſeſſ. 24. de re- 30
form. quia veriorem eſſe ſententiam probavi ſupra, Capitulum ſede vacante ſuccedere in iure abſolvendi, vel diſpenſandi in caſibus ibi permiſſis. Contra quam reſolutionem non obſtat declaratio Cardinalium, cui reſpondet Sanchez ſupra num. 10. de ea non conſtare authenticè, nec ei neceſſario ſtandum eſſe, licèt magnam habeat authoritatem, ad tradita per Rodericum in quæſt. regular. art. 6. tom. 1. qu. 12. Salas de leg. qu. 91. tract. 14. diſp. 11. ſect. 9. num. 1. quæ reſponſio non ſatisfacit cum ex multis conſtet prædictam declarationem emanaſſe à ſacro Cardinalium conventu, de ea teſtimonium perhibent, & Farinacius perpetuus Curiæ Romanæ inſecutor in ſcholiis ad d. cap. 6. in initio, & Marcilla lib. 3. tit. 9. cap. 20. Tum etiam quia † de- 31
clarationes illæ tantæ ſunt authoritatis, ut ab ipſomet Romano Pontifice factæ intelligantur, quia ea noſtra facimus quibus authoritatem noſtram impertimur, c. 4. de reſcrip. in 6. cap. ſi Apoſtolicæ 22. de præbend. eod. lib. ut ipſamet Congregatio declaravit ad relata per Zerolam in praxi Epiſcop. verbo authoritas, & in additione verbo abſolutio, q. 1. quod probatur & alia ratione, quia ſi Cardinali dicenti, placet domino noſtro, magna fides eſt adhibenda, Seraphinus dec. 493. n. fin. faciunt cumulata per Marcheſ. de commiſſ. direct. illuſtr. Card. p. 2. §. unico n. 1. 11. & 24. Quanto magis Congrega-

32 tioni Cardinalium. Quare ſecurius & modeſtius † reſpondetur appellatione prohibitiva Prælatis inferioribus facta, non comprehendi Capitulum Sede vacante, quod ſuccedit Epiſcopo, ut optimis rationibus probat Federicus conſ. 30. verſ. ſpeciale eſt, & Rebuff. in tract. de congr. portion. nu. 57. diximus ſupra hac quæſtione §. 3. quia multa, in fine, & maximè quia etiam Prælati inferiores, nomine Epiſcopi comprehenduntur in materia eis adaptabili, ut ſupra hac ea-
33 dem quæſtione, §. 3. confirmatur, de nomine ordinarii † clarum eſt quod comprehenditur in Tridentino omnis ille qui juriſdictionem ordinariam exercet, Pariſius de reſign. benef. lib. 3. quæſt. 11. num. 20. Riccius in praxi deciſ. 614. Et ſu-
34 pra tradita † doctrina habet etiam locum ſede plena, nam appellatione collatoris inferioris, non comprehenditur Capitulum, gloſ. verb. poſtulavit in cap. cum Eccleſia Vulterana 31. extra de elect. ubi Abb. num. 8. Caſſad. deciſ. 22. nu. 2. de præbend. Seraphin. in Oſcen. dec. 980. num. 10.

Non obſtat ſecunda dubitatio ratio, cui reſpondetur viciniori Epiſcopo non ſolùm competere jus nominandi tertium lege delegationis, ſed & lege ordinaria, unde quod prima via denegatur poſteriori conceditur ad tradita ſupra in hac quæſtione num. 22.

35 Ex omnibus † ſupra dictis infertur ad quæſtionem alteram, an Capitulum ſuccedat in hujuſmodi juriſdictione procedendi contra Capitularem delinquentem, nam non ſuccedere videbatur dicendum, ex his quæ tradit deciſio Pariſienſis apud Joannem Paponium lib. 1. tit. 3. arreſt. 3. quem refert & ſequitur Riccius collect. deciſ. 880. limit. 2. par. 4. ubi fuit deciſum contra Capitulum Nivernenſe, quod non exiſtente Epiſcopo Canonicum miſit in carcerem. Sed contrarium deciſum fuit à Sacra Cardinalium Congregatione his verbis: Si Epiſcopus dum vivebat, habebat authoritatem procedendi ſine Adiunctis, quod etiam poterit Vicarius ſin minus poterat procedere, ita nec poſſit Vicarius, de qua declaratione teſtatur Farin. ad Trident. ſeſſ. 24. cap. 16. §. dubitatum fuit, Marcill. lib. 4. tit. 3. cap. 3. lit. K.

Neque obſtat ſupra allegatum arreſtum Paponii, quia loquitur de ſede plena, ut conſtat ex illis verbis. Uti Curia decernat, ut Epiſcopus & Capitulum conſentiant in Vicarios.

Poteſt verò in dubium revocari. An Capitulum poſſit procedere ſolum cum adiunctis, plena ſede, ſed Epiſcopo non conſecrato? Et videbatur reſpondendum affirmativè. Nam cognitio cauſæ criminalis etiam adverſus minores clericos, ordinis eſt, ideoque ad Epiſcopum nondum conſecratum non pertinet, quia eſt Eccleſia vidua quæ ſponſum non habet conſecratum, gloſ. ſchol. ult. in c. tranſmiſſam 15. de elect. quam ſequitur Bertach. de Epiſcop. lib. 3. par. 2. princ. §. ultimo num. 24. tom. 13. par. 2. tract. Cuchus inſtit. maior. lib. 2. tit. 6. num. 23.

Sed contra dicendum eſt, quia ſedes vacare deſinit vel à Sede Apoſtolica confirmato Epiſcopo deciſ. 182. num. 4. p. 2. diverſ. ſeu literis Apoſtolicis Capitulo ſaltim præſentatis, Gonzal. reg. 8. gloſ. 15. §. 2. num. 81. Gratianus deciſ. 127. Non obſtat gloſ. d. ſchol. ult. & Doctores eam ſequentes, quia loquuntur in Depoſitione requirenti ordinis poteſtatem, cap. degradatio, ubi Doctores de pœnis in 6. Trid. ſeſſ. 13. de reform. cap. 4. Capitulo verò Sede vacanti prohibita eſt deſtitutio ab ordinis poteſtate dimanans, Azor. inſt. moral. p. 2. lib. 3. c. 37. qu. 11. in fine. Et ſic privare beneficio poteſt, ordine non poteſt, Rebuf. in praxi de devolut. num. 95. Cucus inſtit. maior. lib. 2. tit. 9. à num. 43. faciunt dicta infr. qu. 18. num. 14.

SVMMARIVM.

Declarationes Cardinalium circa privationem præbendæ ob non ſuſceptionem ordinis illi annexi, num. 1.

Cauſa criminalis dicitur ſi eſt pœna ordinaria impoſita crimini, num. 2. & 23.

Reſidentiæ vel ſuſceptionis ordinum omiſſio parificantur, nu. 3.

Privationis pœna datur pro delicto gravi, num. 4.

Criminalis actio datur ſi iuri publico detrahitur, num. 5.

Canonicus non reſidens privari debet ab Epiſcopo, & Capitulo, num. 6.

Intellectus cap. 6 ſeſſ. 25. de reform. num. 7.

Correctio præſignat iudicium criminale, num. 8.

Iudex criminalium non ſe intromittit in civilibus vel è converſo, num. 9. & 24.

Privatio Canonicatus eſt cauſa civilis, num. 10. & 13. 15. & 22.

Sæcularis non admittitur in teſtem in cauſa criminali contra Clericum, num. 11. fallit, num. 12.

Epiſcopus ſolus olim ordine Clericum privare non poterat, ſed beneficio, num. 14.

Arbitrarium non eſt quod pendet ex alterius voluntate, n. 16.

Privatio Canonicatus ſuccedit ſi monitio præceſſit, num. 17.

Intellectus cap. licèt canon, & cap. commiſſa de elect. in 6. num. 18.

Conditio privationis ipſo iure ob non ſuſceptionem ordinis poteſt imponi à fundatore, num. 19.

Deciſiones Rotæ ſibi contrariæ, & Cardinalium declarationes quomodo accipiantur, num. 20. & 21.

Actio civilis & criminalis poteſt intentari pro eodem iudicio, num. 25.

Criminalis & civilis iudicii diffinitiones, & differentias vide apud citatos, num. 26.

QUÆSTIO DECIMAOCTAVA.

An Epiſcopus ſolus poſſit privare Capitularem præbenda, ob non ſuſceptionem ordinis illi annexi?

Negativa hujus partis videtur probari ex declaratione 1
Cardinalium, cujus verba refert Garcia de benef. 3. p. c. 4. n. 19. his verbis: In terminis hujus decreti non potuit Epiſcopus abſque Adjunctis procedere ad privationem Canonicorum, ex eo quod ordines eorum præbendis annexos non ſuſceperint intra tempus à jure ſtatutum, vel quod non reſederint, poterit tamen ſolus eas pœnas imponere ob non reſidentiam de quibus in cap. 12. ſeſſ. 24. hoc ipſum ſignificare videtur illa declaratio, quàm refert Vela de modo procedendi in cauſ. crim. c. 1. nu. 15. Archiepiſcopo Burgenſi tranſmiſſam, ſub hac forma. Non licet Archiepiſcopo ad privationem procedere ob non ſuſceptos ordines contra Canonicos ſuæ Eccleſiæ abſque ſolemnitate à Concilio requiſita. Confirmatur primò hæc ſententia ex eo, nam eſt pœna ordinaria, ut privetur quis beneficio ob non ſuſceptionem ordinis illi annexi cap. 2. ſeſſ. 23. de reform. ubi Epiſcopus privatur Epiſcopatu ob non ſuſceptam intra bimeſtre conſecrationem: ſed quoties pœna eſt ordinaria impoſita pro tali delicto † cauſa dicitur criminalis non civilis, 2
ut latè docet Julius Clar. lib. 5. recept. ſent. §. fin. qu. 1. nu. 3. Farin. vol. 3. qu. 100. n. 27. cum pluribus ab eo allegatis. Ergo non poterit privare ſine Adjunctis, quia Epiſcopus non poteſt procedere ad pœnam ſine illis, ut infra qu. 26. num. fin. & infra ad confirmationem primam in fine.

Confirmatur ſecundò, quia parificantur, vel ordines † 3
non ſuſcipere requiſitos, vel non reſidere, ut in c. 12. ſeſſ. 24. verſ. neminem, & verſ. præterea, quia nullus eorum ſive non ordinatus, ſive non reſidens poteſt ſuo muneri reſpondere d. c. 12. princ. cap. 4. ſeſſ. 22. de reform. Sed Canonicus non reſidens delictum committit, docet Cravetta conſ. 88. n. 18. authoritate Oldradi conſ. 198. n. 8. in fine, ubi interpretes docent reſidentiam ſemper præſumi, quia delictum non præſumitur, l. merito, ff. pro ſocio: ergo eſt neceſſarius Adjunctorum interventus. Corroboratur † conſequentia, quia pri- 4
vationis pœna imponitur pro crimine gravi, c. ſi invetitum 16. q. 7. Abb. in c. tua de pœnis, Bernard. Diaz in praxi c. 123.

Confirmatur tertiò, quia hic agitur de commodo publico, ſcilicet de augmento cultus divini per ordinandum præſtando: ſed quoties † iuri publico detrahitur iure optimo 5
ſuccedit actio criminalis, ad tradita per Cavalcanum de brachio regio tit. de qual. teſt. par. 1. num. 30.

Confirmatur & quartò, † quia Canonicus ob non reſi- 6
dentiam privari debet ab Epiſcopo & Capitulo, gloſ. verb. Canonicis de tab. penden. in Chor. in pragma. ſanct. optimè Puteus deciſ. 15. lib. 1. in noviter correctis.

Sed contraria ſententia, quæ verior eſt, probatur impri-
7 mis, quia textus † in d. c. 6. ſeſſ. 25. de reform. Loquitur de
proceſſu criminali, ut probatur ex verſ. in criminibus tamen,
ubi exceptio proponitur de criminibus incontinentiæ, &
aliis ubi de fuga timetur, quæ neceſſario deberet eſſe de re-
gula, l. nàm quod liquidè §. fin. ff. de pœn. leg. l. 1. ff. de reg. iur.
& quia textus in d. c. 6. ſeſe refert ad textum in c. 4. ſeſſ. 6. de
reform. ubi agitur de correctione & emendatione crimi-
8 num, ponderando, quod nomen † correctio præſignat
judicium criminale, l. ex omnibus, ff. de off. præſ. l. 1. C. ut
omnes iud. docet Mar. Ant. Mazer 3. var. reſol. cap. 4. num. 2.
& expreſsè probatur in celebri & omnino videnda Sera-
9 phinus deciſ. 710. & Auditor † cauſarum civilium & cri-
minalium diversè conſideratur & deputatus ad criminales
non ſe intromittit in civilibus, vel è converſo, l. ſolemus,
§. latrumculator, ff. de iud. Creſcen. deciſ. 5. aliàs 167. de iu-
10 dic. Seraphinus deciſ. 377. num. 9. Sed privatio † Canonica-
tus reputatur pro cauſa civili cap. per tuas 32. ibi: Cùm age-
retur non criminaliter, ut deponeretur ab ordine, ſed civiliter,
ut ab adminiſtratione amoveretur, tamquam immeritus, &
11 damnatus, extra de Simonia. Unde teſtis ſæcularis † qui
non admittitur in cauſa criminali contra Clericum, cap.
cùm Petrus 10. extra de accuſ. c. de cætero 14. de teſtibus, niſi
12 in proſecutione † ſuæ, vel ſuorum injuriæ, ad latiſſimè
cumulata per Monaldum conſ. 162. num. 8. vol. 2. admittitur
13 tamen in cauſa † privationis beneficii, cap. 3. c. tam lite-
14 ris, 33. de teſtibus, & Clericus qui ab ordine † à ſolo Epi-
ſcopo removeri non poteſt, c. 1. 15. qu. 7. à beneficio per ſo-
lum Epiſcopum deiicitur, c. inventum, 38. 16. qu. 7. c. ſi quis
Abbas, ubi notavit gloſ. verbo arceantur 18. qu. 2. idque non
alia ratione procedit quam ex eo, quod cauſa privationis
15 ſit cauſa civilis, ut tenent † Federicus de Senis conſ. 23. §.
contra quilibet, Panormitanus & Imola in dict. cap. per tuas
notab. 1. Felinus in d. c. ſuper his num. 2. Farin. vol. 3. quæſt.
100. num. 27. & plures alii quos refert, & ſequitur Garcia
de benef. 3. p. cap. 4. num. 20.

Secundò probatur, quia Epiſcopus pro deſignatione
ſingulorum ſacrorum ordinum ſingulis Canonicatibus,
conſilium non etiam conſenſum expoſtulat ſui Capituli d.
cap. 12. ſeſſ. 24. verſ. Epiſcopus autem, quod licèt teneatur
requirere, non tamen tenetur ſequi, ut latius ſupra qu. 1.
ad 7. num. 64. Ergo, ad privandum eum Canonicatu, qui
ſacros ordines illi annexos non ſuſcepit non tenebitur ex-
pectare Adjunctorum conſenſum, quia omnis res per eaſ-
dem cauſas diſſolvitur per quas naſcitur, cap. 1. de reg. iur. in
antiquis, l. ferè quibuſcumque, ff. eodem tit.

Tertiò probatur ex c. 4. ſeſſ. 22. de reform. ubi in fine re-
linquitur Epiſcopi arbitrio ſtatuere graviores pœnas contra
non ſuſcipientes ſacros ordines ſuæ præbendæ annexos non
obſtante quocumque privilegio, ut notat Fuſchus de viſi-
tat. lib. 2. cap. 15. num. 12.

16 Non autem eſſet arbitrarium † ſi ex alterius voluntate
penderet, ut optimè ex Seneca lib. 3. de benef. probat Meno-
chius de arbitr. iud. lib. 1. qu. 2. n. 17. ſicut non dicitur volun-
tas libera, quæ ex alterius voluntate pendet, l. cum quidam
24. de leg. 2. diximus ſupra quæſt. 1. num. 2.

Quartò, probatur ex Congregatione Cardinalium, quæ
Archiepiſcopo Burgen. die 29. Maii 1590. ſic reſcripſit.
Sine diſtinctione, verum eſt amplitudinem tuam poſſe per
ſe ipſam ſolam, pęna etiam privationis compellere Canoni-
cos, & Portionarios, ut ordines Canonicatui, vel portioni an-
nexos recipiant, quam declarationem teſtimonio ſuo con-
firmant Garcia dict. 3. par. cap. 4. num. 19. & 21. Riccius in
praxi Eccleſiaſtica deciſ. 566. num. 2. & 3. qui ſibi eſt contra-
rius nam ampliat dict. cap. 6. ſeſſ. 25. de reform. ut procedat
etiam in privatione Canonicatus ob non ſuſceptionem or-
dinis, & tamen prædictam declarationem Burgenſem ſe-
quitur, hanc ſententiam veram eſſe in praxi, ſed non in
puncto juris exiſtimat Vela ſupra num. 17. Poſſunt & prædi-
cta confirmari, ex his quæ tradit Garcia de benef. 5. p. cap. 4.
num. 120. ex Sacra Congregatione his verbis. Si pœniten-
tiarius vigore hujus decreti deputatus renuerit confeſſiones
audire puniri poteſt ab Epiſcopo & privari quod intelligit
ſine Adjunctis.

Non obſtant in contrarium adducta argumenta, ante
quorum diſſolutionem obſervandum eſt obtinentes Cano- 17
nicatus, vel Portiones, quibus ordo ſit etiam presbytera-
tus annexus non eſſe privatos ipſo iure, ſi intra annum non
receperint ordines requiſitos, ſed monitionem præcedere
debere, ut Sacra Cardinalium declaratio reſcripſit, his
verbis: Monitus ad ſuſcipiendum ordinem, quem ejus di-
gnitas, aut Portio requirit, ſi non receperit, privatus pote-
rit denuntiari authoritate cap. 12. ſeſſ. 24. de reform. ubi hu-
jus declarationis teſtimonium perhibet Farin. verſ. ordine
ſacro, & Marcilla lib. 2. tit. 8. cap. 12. lit. M, idem dicendum
eſt, & de privationis pœna ad tradita per Leon in theſauro
fori Eccleſ. par. 3. cap. 2. num. 14. & 30.

Neque obſtat textus in cap. licet † canon, & in cap. com- 18
miſſa, 35. de elect. lib. 6. ubi non ſuſcipiens ordines beneficio
annexos ipſo jure cenſetur privatus, quia procedunt in pa-
rochialibus, gloſ. verbo parochialis in d. c. licet canon gloſ. 1.
in cap. ſtatutum 22. de elect. in 6. Rebuff. in praxi tit. de non
promo. num. 9. & 28. Graffis deciſ. 97. num. 47. Salcedo in pra-
xi criminali cap. 53. nu. 5. Garcia ſupra num. 10. Riccius ſupra
deciſ. 564. nu. 9. & juxta hunc ſenſum eſt accipienda decla-
ratio illa quam ex Bela retulimus ſupra num. 16. quicquid
involvat Bela d. num. 15.

Sed ſi Canonicatus, † Portiones, vel Capellaniæ ha- 19
bent in fundatione legem privationis ipſo jure ob non ſu-
ſceptionem ordinis requiſiti, illi ſtandum eſt per omnia,
ut Rebuff. ſupra num. 17. Riccius & plures ab eo allegati de-
ciſ. 202. Farin. dec. 570. cap. 5. ſeſſ. 25 de. reform.

Hoc ſuppoſito non obſtat declaratio † Cardinalium, quæ 20
cùm prior ſit manet derogata per poſteriorem, ut advertit
Garcia d. cap. 4. num. 23. vel ſaltim manet declarata per de-
clarationem poſteriorem, cùm leges poſteriores trahant
ad ſe priores declarativè, l. non eſt novum 26. l. ideoque 27.
ubi Dionyſius Gottifredus & Cumanus lib. 1. commentar.
cap. 8. col. 2. ff. de legib. Garciæ ſententia confirmatur ex ſi-
mili de † Rotæ deciſionibus, nam ſi contrariæ reperian- 21
tur, poſterioribus ſtandum eſt, Franciſcus Pavinus in præ-
fatione ad extravag. Ioannis XXII. §. deciſiones Rotæ. Non
obſtat ſecunda declaratio, de cujus intellectu actum eſt ſu-
pra ad num. 17.

Non obſtant 1. 2. & 3. confirmatio † quibus probatur 22
cauſam non ſuſceptorum ordinum intra legitimum tempus
eſſe cauſam criminalem non civilem, quibus reſpondetur,
quod licèt agatur de crimine, non tamen eſt cauſa crimina-
lis, ſed civilis, cap. ſuper his, 16. extra de accuſat. ubi Felinus
num. 2. ait, quod ubi non imponitur † pœna delicti natu- 23
ralis, non videtur agi criminaliter, & quod ſolam ſenten-
tiam ſpectamus non criminis genus, l. quod ad ſtatutum 12.
ff. de pœnis, & ideò judex deputatus pro appellationibus in
cauſis criminalibus non cognoſcit de ſententia † pecunia- 24
ria, licèt actum eſſet criminaliter, ut in Rota deciſ. 10. de
appell. in antiquioribus, quam ſequitur Menochius de arbitr.
lib. 1. quæſt. 82. n. 4. Azevedo ad Curiam Piſanam lib. 4. cap. 6.
n. 13. Gutier. quæſt. civil. lib. 1. qu. 107. num. 4. & fuit ſenten-
tia Abbatis in rubr. de iudic. num. 5. & aliorum quos refert
& ſequitur Farin. in praxi criminali volum. 3. qu. 100. n. 27.

Item reſpondetur, quod pro una, & eadem cauſa poteſt
agi criminaliter † & civiliter, & unum judicium ab altero 25
non impeditur, tex. eſt in §. in ſumma. inſtit. de iniuriis exem-
plum ſit in uſura, ut latius proſequitur Marta in deciſioni-
bus Piſan. voto 52. & nos latius diſputavimus qu. 15. num. 15.
& 16. ad ſolutionem argum. ſi hæc cauſa agatur criminali-
ter, Epiſcopus non poteſt procedere ſine Adjunctorum con-
ſilio, & aſſenſu, ſecus ſi civiliter, tunc autem cauſa agitur
criminaliter, quando proceditur per viam accuſationis non
per inquiſitionem, cap. ſuper his, 16. c. qualiter & quando
verſic. ad corrigendos de accuſationibus, ut cum Abb. & aliis
in cap. fin. in fine, reſolvit Vela ſupra num. 19. Differentias
quam plures † inter cauſas civiles & criminales cumulat 26
Cavalcanus de Brachio regio par. 1. à num. 49. & de qualit.
teſt. p. 1. c. 30. Diffinitiones verò & diſcrimina cauſæ civi-
lis, criminalis, & mixtæ nullus ac Cavedo deciſ. 14. &
Farin. conſ. 85. par. 1.

Non obſtat ultima conſideratio, quæ procedit ubi jus
com-

commune eſſet in viridi obſervantia, ut Epiſcopus conſu-
leret Capitulum pro gravibus ad latius conſiderata in quæſt.
1. ad ſolutionem 7. argum. num. 66.

SUMMARIUM.

Nigrum debet convenire rubro, num. 1. ſed non ſemper, num. 2.
Intellectus Concilii Triden. ſeſſ. 24. cap. 12. verſ. neminem, num. 3. 7. & 13.
Oppoſitio ad Canonicatus graduatorum quàm requirat ætatem, num. 4.
Intellectus Concilii Tridentini cap. 3. ſeſſ. 7. de reform. num. 5.
Dictio præſertim, num. 6.
Promoveri ſtatim poſſe, vel infra annum poſſe promoveri pariſicantur, num. 7.
Intellectus Concilii Tridentini ſeſſ. 22. cap. 4. verſ. nec aliis, num. 8.
Ætas ad ordines, num. 9.
Dictio integrè, num. 10.
Ætatis attingentia ſufficit ad ordines, num. 11.
Archidiaconi etiam ſine cura debent habere ætatem completam 22. annorum, num. 12.

QUÆSTIO DECIMANONA.

An qui intra annum immediatè ſequentem poteſt initiari ſacris requiſitis ad præbendam, ſed non qualibet parte anni ſit admittendus ad illam?

HÆc quæſtio non videtur convenire rubro de juriſdi-
ctione Adjunctorum contra id quod adnotari ſolet
1 per text. in l. † Imperator de in diem addictione, Panor. in
2 cap. bonæ n. fin. de confirmatione. Sed non ſemper † hæc re-
gula vera eſt, ſi conſideres nigrum & rubrum in cap. ex
parte 12. de offic. deleg. l. Titia 85. ff. ad legem falc. & ea quæ
ex Cujacio obſervat Quintana Duennas lib. 2. Eccleſ. num.
94. & quæ ex Bardaxi noſtro in tit. quod Ripa Curtia num. 1.
et quando libri titulo quæſtio non conveniat, proximè ta-
men accedit, et quæſtionem præcedentem non extra rem
exornat.

Quid in propoſito diſſeratur, exemplo patefiet, Canoni-
catum presbyteralem quis impetrat, qui habet 23. annos
cum dimidio iſte in rigore intra annum ſequentem poteſt
ordinari, ſed non in qualibet parte anni. Hoc exemplum
proponitur à Zerola in praxi Epiſcopali verbo beneficium, §.
1. verſ. ad dignitates.

Videtur in hac quæſtione dicendum, ſine dubio ætatem
ſufficere hujuſmodi viro talem ut intra annum poſſit ordi-
nari ordine requiſito, licet ſtatim non poſſit ordinari, quod
3 videtur expreſſum in Tridentino † ſeſſ. 24. de reform. cap.
12. verſ. neminem: in illis verbis: Ad dignitatem, Canoni-
catum, aut Portionem neminem recipiant, niſi qui in tali ſit
ætate, ut infra tempus à iure, & ab hac ſancta Synodo ſtatu-
tum, initiari valeant: quorum verborum authoritate hoc
ſentire videtur Azor. inſtit. moral. lib. 6. c. 5. q. 5. par. 2. nam
ait, quod in Canonicatibus in quibus requiritur Sacerdo-
tium eſt neceſſarius annus vigeſimus quintus incœptus, aut
certè ea ætas, ut infra annum ad Sacerdotium poſſit promo-
veri. Hoc ipſum expreſſius ſentit Leſſius de iuſt. & iur. lib. 2.
cap. 34. num. 110.

Eadem ſententia corroborabilis eſt, ex declaratione Car-
dinalium, quam commemorant Doctores. Gonz. reg. 8. gloſ.
5. n. 95. edit. 2. ſequitur Gratianus diſcept. 591. nu. 7. par. 3.
Ex qua conſtat ingreſſum 21. annum poſſe Canonicatum
in Cathedrali obtinere in qua non eſt facta deſignatio ordi-
num, vel ubi eſt facta deſignatio ingreſſum 23. vel 24. an-
num diaconilem, vel presbyteralem Canonicatum reſpe-
ctivè poſſe obtinere.

Sed contrariam ſententiam ſcilicet quod in promoven-
do ad dignitatem, Canonicatum, aut portionem, requiri-
tur talis ætas, ut ſtatim ordine requiſito poſſit initiari, ſe-
quitur Majolus lib. 1. de irregular. c. 30. n. 12. Pariſius de re-

ſign. benef. lib. 4. q. 9. nu. 13. & 14. Zerola in praxi ſupra dicto
verſ. ad dignitates, Dynus & Panor. allegati infra in 1. & 2.
fund. Leo in theſauro fori Eccleſ. 2. par. c. 3. n. 18. & 22. Hu-
golinus de offic. Epiſcop. c. 19. n. 2. verſ. quare, Navar. conſ. 8.
n. 2. de præbend. ibi: modo habeant ætatem iuſtam ad ordi-
nes, Garcia de benef. 7. p. c. 4. n. 22. Riccius reſol. pract. cap.
239. hoc ipſum innuit Vitalinus in clem. 1. n. 54. & ſequenti
de ætat. & qual. nam ait eſſe neceſſariam habilitatem à prin-
cipio pro beneficio requirenti ordinem.

Ex quo ſequitur quod ad graduatorum † Canonicatus 4
non debeant admitti oppoſitores ii qui vel Canonicatui an-
nexo Ordine non ſint initiati, vel Ordini neceſſariæ æta-
tis non ſint. Salva diſtinctione adhibenda inter Subdiaco-
nilem, & reliquos Canonicatus de qua infrà num. 12.

Pro qua facit imprimis Tridentini Synodus † cap. 3. de 5
reform. ſeſſ. 7. ubi cavetur inferiora beneficia præſertim cu-
ram animarum habentia conferri debere perſonis habili-
bus juxta conſtitutionem editam in Concilio Lugdunenſi,
quæ incipit, licèt canon, ſed in cap. licèt canon 14. de elect.
in 6. beneficia conferri prohibentur perſonis quæ non ſint
talis ætatis, ut ſtatim poſſint ordinari ordine ad curata be-
neficia neceſſario: ergo dum Tridentina lex poſtulat æta-
tem ordinis beneficio annexi, poſtulat, & ut talis ſit quod
ſtatim illum obtinere valeat.

Ut hoc magis firmum remaneat † pondera dictionem 6
illam, præſertim, de qua in d. cap. 3. cujus natura eſt expri-
mere caſum minus dubitabilem, ut de dictione maximè,
notat gloſſa verbo maximè in cap. auditis 29. de elect. & de
dictione præſertim Panor. in cap. per tuas in 1. num. 5. de ſi-
monia, Menochius de arbitr. lib. 2. caſu 543. num. 12. centur.
6. Sànchez lib. 8. de matrim. diſp. 22. num. 17.

Unde non immerito Dynus in reg. non firmatur 18. n. 3. in
6. Panor. in cap. cùm in cunctis §. inferiora n. 1. & 3. docue-
runt ætatem requiri in providendo ad beneficium, quæ eſt
neceſſaria pro annexo ordine beneficio, argum. tex. in d. §. in-
ferіora, & in d. c. licèt canon, & in c. cùm ex eo, 34. de elect. lib. 6.

Secundò pro hac ſententia ponderatur, quod iure † pa- 7
ria ſunt, ut infra annum quis poſſit promoveri, vel quod
ſtatim poſſit promoveri, ut patet in c. ei cui 29. de præced. in
6. ubi ſimpliciter dicitur proviſum in beneficio Sacerdotali
vel debere eſſe Sacerdotem, vel in tali ætate conſtitutum, ut
poſſit ad Sacerdotium promoveri, ubi conſiderat Roma-
num Pontificem non appoſuiſſe illam qualitatem, ut infra
annum Sacerdos poſſet ordinari, ſed ſimpliciter dixiſſe, ut
poſſet ad Sacerdotum promoveri, quod magis confirmatur
ex declaratione gloſæ in verbo ætate in d. cap. ei, declarante,
id eſt, ut attingat vigeſimum quintum annum ex deciſ. 1.
Rotæ n. 1. de præbend. in novis quæ ſe referens ad d. c. ei cui 29.
declarat id eſt, ut infra annum poſſit promoveri, idem de-
clarat & Rebuffus in praxi titulo forma novæ proviſſionis §. &
qualibet alia fol. mihi 146. allegatque dictam deciſionem 1. &
deciſionem 41. de conceſſ. præben. in antiquis.

Tertiò, quia illa verba Trid. ſeſſ. 22. † cap. 4. de refor. nec 8
aliis impoſterum fiat proviſio, niſi his qui jam ætatem &
cæteras habilitas integrè habere dignoſcuntur. Significant
quod requiritur ætas legitima actualis ad ordinem anne-
xum, non enim dicitur idoneus ille, qui non habet actuali-
ter omnes qualitates requiſitas, ut ex Mohedano deciſ. 7. de
præbend. Puteo dec. 337. n. 2. & 3. lib. 1. & Selva de benef. 3. p.
q. 52. n. 1. reſolvit Gonzal. reg. 8. gloſ. 5. n. 105. Sed ætas † legi- 9
tima ad ſubdiaconum eſt attingẽtia anni vigeſimi ſecundi,
ad diaconatum attingentia vigeſimi tertii, ad presbytera-
tum attingentia vigeſimi quinti anni, ut in eodem Trid. ſeſſ.
23. de reform. c. 12. ergo non ſufficit habere ætatem, ut intra
annum quis poſſit ordinari, ſed ætas illa eſt neceſſaria, ut
ſtatim poſſit ordinari ad tradita per Vitalin. in d. Clem. 1. de
ætat. & qual. n. 54. & 55. Navar. conſ. 8. n. 2. de præbend. & alios
quos refert, & ſequitur Garcia d. par. 7. cap. 4. num. 25.

Pro qua ſententia ponderanda eſt dictio † illa integrè di- 10
cti c. 4. ſeſſ. 22. non enim integrè eſſet qualificatus qui dimi-
nutam non integram haberet ætatem ad ordinem ſui bene-
ficii neceſſariam, argum. text. in cap. non eſt & in cap. commiſ-
ſum de decim. cap. dilecto de præbend. cap. cum inter de verb. ſi-
gnif. proſequitur Rebuff. in l. Silva, 30. §. integrè, ff. eod. tit.

Ideò